

de viduis eqs.) si quis ... moriatur, id placuit observari, ut -a eius eqs. GREG. TVR. Franc. 8, 39 p. 406, 1 qui *archidiaconus* multis altercationibus cum -a illius defuncti habuisse probatur. 9, 1 Richaredus ... foedus iniit cum Goesintha -a patris sui. *al.* 2 *sine tali indicatione*: GILD. Brit. 35 chron. III p. 46, 20 spernuntur ... primae ... propriae coniugis ... nuptiae, aliae expetuntur non cuiuslibet -ae, sed viri viventis ... adamatae (*vix ad 1*). CE 710, 5 (*a. 551*) aluit quem *filium* blanda -ae simpliciter pietas cari post fata mariti.

deriv.? relicticius, relictio, relictor (-trix), relictura, 2. relictus (-ūs), relinquo.

compos.: ab-, de-, ob-, subrelinquo.

Pieroni.

relinquōsus, -a, -um. *a* relinquare, *sc. explicandi veriloquii causa more insolito a verbo ductum.* *i. qui relinquere solet (accedit gen. obi.):* NON. p. 432, 5 'superstitiosi' ..., quod prae cultura deorum superseadeant cetera ...; 'religiosi', quasi -i omnium ceterorum sacrificiis deserviant (*i.* *aliter cum relinquere coniungitur p. 917, 40*).

reliquārium, (-ī) *n.* *a* reliquus (reliquum). *id, quod ad reliqua rationum pertinet (sc. tabulae sim.):* GLOSS.¹ II Philox. RE 138 -um: ἔκδοσις λοιπάδος (*seq. l. 26*). GLOSS. II 295, 32 ἔλλ(ε)μμα: reliqua, -um. 362, 31 λοιπάδιον: -um. 362, 33 λοιπάς: reliqua, hoc -um (505, 12 -um: λ. [item 531, 50]. *cf. l. 19*).

1. reliquātio, -ōnis *f.* *a* 1. reliquare (reliquari). *i. q. actio vel effectus reliquandi, obligatio reliqui solvendi: usu originario (respic. summa debita):* PAVL. dig. 26, 7, 44, 1 si pupillus ... rationibus a tutore acceptis -em eius secutus usuras acceptaverit. GLOSS.¹ II Philox. RE 139 -o: λοιπογραφία (*item* GLOSS. II 362, 35 λ.: -o. *inde versum* 591, 30 -o: reliquorum scriptio. *coll. l. 19 fort. huc trahendum* 283, 44 ἐγκατάλειψις: -o). *in imagine (respic. tempus debitum):* TERT. anim. 56, 4 animas immatura morte praeventas ... vagari ..., donec -o compleatur aetatum, quacum pervixissent, si non intempestive obissent. *ibid.* nulla erit -o temporum non constitutorum.

2. reliquātio, -ōnis *f.* *a* reliquus (reliqui) *sec. vexillatio formatum.* *notatur reliq l. 39, r l. 44.*

*t. t. mil. de numero reliquo, qui vexillatione in expeditionem missa loco remanet (ad rem v. Faure in: Wolff [ed.], Le métier de soldat dans le monde romain, 2012, 397sq.): in classe (in titulis saec. III; non huc spectat CIL VII 137, v. INSCR. Brit. 2448, 3): CIL VIII 14854 cuidam primo p(ilo) leg(ionis) xx ..., praeposito -i classis praetoriae Misenatum (sim. X 3345). INSCR. Dessau 9221 praeposito) reliquationis) class(ium) praet(oriarum) Misen(atium) et Ravenn(atium) p(arium) v(indicum) expeditioni orientali. *in exercitu:* INSCR. Année Épigr. 1981 n. 134 (*Romae, a. 242*) milites leg(ionis) II Parth(icae) ... sub cura ... Pomponi Iuliani p(rimi) p(ili) praep(ositi) -is (*de eodem:* CIL XIV 2258, 15 [*a. 244; lapis perit*] cura(m) age(n)te Pompon(io) Iuliano (reliquationis), leg(ionis) eius, *sc. II Parthicae* [*i.* *latere ligaturam* R, *sc. praeposito -is, conieceris*]).*

reliquātor, -ōris *m.* *a* 1. reliquare (reliquari). *i. qui reliquatur, sc. reliqui solvendi obnoxius est (accedit gen. obi. l. 49, 52, cf. l. 48, 55):* SCAEV. dig. 46, 3, 102, 2 cum *debitor quidam* superioris anni, *sc. summae*, sit -r. PAVL. dig. 39, 4, 9, 2 -es vectigalium ad iterandam conductionem ... admittendi non sunt. EDICT. Theodor. 144 quas summas a ... -bus exegerint *discussores*. CASSIOD. var. 5, 6, 1 *conductorem tot solidorum -em nostris utilitatibus extitisse (de eodem: 5, 7, 1 -em publicis rationibus extitisse)*.

f. reliquātrix, -īcis. *i. quae reliquatur, debitor:* TERT. anim. 35, 1 (*irridetur Carprocratis de metempsychosi doctrina*) *animam -em delictorum, (donec exsolvat novissimum quadrantem)* (*Matth. 5, 26*) detrusa ... in carcerem corporis (*antea: quotiens minus quid facinorum intulerit; cf. 35, 4 facinorum debitor*). *Bk.*

reliquiae, -ārum *f.* (rē- v. p. 962, 23; *sing. v. p. 962, 16*). *a* reliquus (*cf. Leumann, Gramm. 1977, 292*). *derivatur a* relinquare PRISC. gramm. III 510, 36.

de scriptura: *rell-:* 1) *testimonia grammaticorum:* SACERD. gramm. VI 452, 2 epenthesis est, cum in medio verbo ... littera additur, ut reliquias (*sim.* DON. gramm. mai. 3, 4 p. 661, 1 sq. *SENTENT.* gramm. p. 4, 6). PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 38, 28 *metri necessitate* consonantes geminantur, ut 'reliquias Danaum' (*cf. SERV. Aen. 1, 30 ut stet versus, geminavit l, nam in prosa -as dicimus. 7, 717 propter metrum. PRISC. gramm. III 510, 36 metri causa*). DON. gramm. mai. 3, 1 p. 653, 8 barbarismi, sicut 'reliquias Danaum', cum -as per unum l dicere debeamus (*sim.* CHAR. gramm. p. 350, 10 [*e Cominiano*]. *al.*). CASSIOD. gramm. VII 203, 7 (*e Caesell;* *de consonantibus post re praepos. geminatis*). 2) *invenitur rell- in inscr. CIL I² 1297 (aet. Aug./Tib.), in codd. vet. e. g. VERG. Aen. 1, 598 (corr. F¹, saec. IV/VI, et Pap. Corp. 7, saec. IV/V). 5, 47 (corr. M¹, saec. V). re1- (cf. l. 67, 69): passim, sc. in inscr. e. g. CE 55, 4 (saec. I a. Chr.). CIL I² 1206, 3 (saec. I² a. Chr.), in codd. vet. F et M VERG. l. 73 sq.*

(*ante corr.*). LIV. 22, 54, 7 (*P, saec. V¹*). PRVD. perist. 3, 194 (*A, saec. VI in.*). *al. ceterae formae:* -lic- (*adde l. 11 et cf. CASSIOD. gramm. VII 158, 15 sq. [e Papir]. -ae ... per c scribebantur, ... at nunc -ae ... per q scribuntur*), *sc. -lici-* CE 2077 (*saec. I¹*). CIL VI 16821 (*saec. II/III*). INSCR. Année Épigr. 2004 n. 1143 (*e Pannonia; a. 214/20*), -licui- INSCR. Tun. Merlin 1196 (*saec. VI/VII*); -lyq- CIL VIII 23921 (*post a. 537*); leriq- SACERD. gramm. VI 452, 13 *metathesis est, cum ... fit transmutatio litterarum, ac si dicas leriquias pro -as (sim. DIOM. gramm. I 452, 30 sq., cf. p. 902, 50). notatur r in formula r(reliquiis) d(olus) m(alus) a(besto) CIL VI 23264 (saec. II¹). 24305 (saec. II/III, ut 34731); reliq CIL VI 18594, 7 (saec. I/II). III 7506 (saec. II); relic CIL II 4587, 8 (saec. II²); rlqe (lineola supra ducta) INSCR. Année Épigr. 1937 n. 147 (*saec. VI; e Numidia, ut n. 148 [a. 585]*). NOT. Tir. 64, 24 -ae.*

de genere et formis: longe praevallet fem. plur. (inter fem. semper plur. afferunt CHAR. gramm. p. 36, 11 -ae λείψανα. EXC. Bob. gramm. I 549, 28 PHOC. gramm. V 284, 20), *sing. invenitur p. 963, 14. 29. 964, 10 (cf. Char. gramm. p. 460, 24 reliqua λείψανov); excipitur pro pron. vel part. fut. masc., sc. constructione ad sensum q. d., p. 967, 2. 55. 60. nom. -as: CE 497, 2 (saec. I/II). CIL V 5078 (saec. III¹). VI 16821 (saec. II/III). INSCR. christ. Diehl 2103 (nisi cogitas de acc. obi. iuxta pass. impers. (h)abebatur); dat. vel abl. plur. -is pro -iis (cf. l. 39): ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 1, 20. CIL VI 11745 (saec. II/III, ut XII 118). *de mensura syllabae primae (cf. SACERD. p. 242, 60 [de ectasi], ceterum v. p. 961, 65 sq.): rē- producitur semper in versibus dactyl. apud auctores et e. g. CE 2134 (saec. I), in hendecasyll. MART. 6, 37, 2 PRVD. perist. 6, 136; rē- brevis est in versibus iamb. apud auctores et CE 55, 4 (saec. I a. Chr.). de notione:* GLOSS. -ae: λείψανα. καταλείμματα. favillae. GLOSS.¹ I Ansil. RE 900 (cod. Paris.) -(i)as: residuas partes. *cf. p. 964, 44 sq. 966, 52. legitur in versibus inde a PLAVTO, TER., in orat. soluta inde a RHET. Her., CIC. [usu christ. (cf. p. 968, 23 sq.) a serm. docto haud aliena: val. relicvā sing., it. relique et centr. vet., tusc. vet. arlique, orliquia sing., orliqui masc. (Tesoro della Lingua Italiana delle Origini, s. v.), prov. reliqu(ia), reslicla, reliscla, francog. vet. reliuque, rec. relique sing., cat., hisp., port. reliquia sing.; per metathesin (cf. l. 8) explicaveris it. sept. requilya, requelya, leréquia sing., histr. (Rovigno) rikuéita et fortasse sard. centr. rekkija, rikillja. cf. M.-L. 7193 et Faré, Postille. Tiktin-Miron³ III 323. Battisti-Alessio I 291. IV 2678. V 3226. Cortelazzo-Zolli² 1342 sq. Wagner II 347. Wartburg X 233 sq. Coromines III 59. Corominas-Pascual II 441. Houaiss² 2422. Schd.-Cr.] [confunditur in codd. c. reliquus (praesertim in dat. et abl. plur., cf. l. 21 et v. p. 963, 20), e. g. PLAVT. Rud. 1287 Stich. 496 Cic. Sull. 37 fam. 6, 10, 2 CAES. civ. 3, 21, 4 LIV. 36, 19, 9 (in falsa var. l. CIC. Phil. 2, 73 SEN. contr. 1, 2, 3; restit. e. g. CIC. fam. 13, 66, 2 BELL. Alex. 42, 4 SEN. nat. 3, 26, 8 PLIN. nat. 9, 93; fort. falso trad. CIC. Font. 36).]**

i. quae relicta sunt: I usu communi significatur: A is, qui (id, quod) e summa, universitate vel numero maiore restat vel ex integro superest, sc. aliis (rebus) ablatis, consumptis, amissis sim. (cuius [rei] aliquid relictum sit, indicatur per gen. passim [abl. trad. p. 963, 26], adi. p. 963, 71. 965, 63, praepos. de vel ex e. g. l. 56. p. 964, 18. 966, 48; quid [quis] aliquid reliquerit, per gen. e. g. p. 963, 47 sq. 964, 64. 965, 24. 966, 15; accedit gen. ident. e. g. p. 967, 38, fort. etiam p. 963, 7); -ae sunt: I res: a corporeae vel quae sensibus percipiendae sunt: a generatim:

① *quaelibet exempla; restant:* ② *bona, possessiones, opes sim. (saepe de eis, quae post calamitatem supersunt):* PLAVT. Most. 81 qui *senex* nisi huc redit, paucorum mensum sunt relictae -ae. Rud. 200 omnia perdidit in mari: haec bonorum eius sunt -ae (*respic. ancilla ut: 1287 eam abducam, de bonis quod restat -arum*). PANEG. 2, 26, 5 nullas eorum *b. -as*, nulla fragmenta ... vorago revomebat). CIC. Quinct. 50 conveniunt ... bonorum emptores ut carnifices ad -as vitae lacerandas. dom. 113 ambustas fortunarum mearum -as (LIV. 26, 30, 10. *aliter p. 965, 57*). Phil. 2, 6 cum tu -as rei publicae dissipavisses (*sc. aerarium exhauriendo; nisi ad p. 965, 58*). Att. 4, 4³, 1 (*post exilium*) quorum *librorum meorum* -ae multo meliores sunt, quam putaram. fam. 13, 5, 2 (*antea: amissis omnibus fortunis*) cum *illuc* ... tamquam e naufragio -as contulisset. *al. MACER or. frg. Prisc. gramm. II 532, 25 quīs oportuit amissa restituere, hisce etiam -as averrerunt.* VERG. Aen. 7, 244 (*Iliouese Latino Aeneas dat tibi ... munera, -as Troia ex ardente receptas.* LIV. 21, 21, 2 partitis ... -is praedae. SEN. dial. 9, 3, 8 (*in imag.*) alii sic inpendimus *tempus*, ut possimus rationem reddere, alii, ut nullas habeamus -as (*cf. p. 966, 30*). PETRON. 105, 3 (*antea: consumpserunt pecuniam meam in vino unguentisque*) adhuc patrimonii mei -as olent. SVET. Nero 38, 3 *post incendium urbis Nero* nemini ad -as rerum suarum adire permisit (*pendet OROS. hist. 7, 7, 7*). SYMM. epist. 9, 123). *al.*

③ *ea, quae ad corpus vel animam animantium pertinent (haud raro morientium; aliter p. 963, 64. 964, 23):* ④ *varia exempla (selecta inde a SEN. philos.):* LVCR. 3, 656 caput abscisum ... servat humi voltum

[Monaco]

vitale[m] ..., donec -as animai reddidit omnes (STAT. Theb. 8, 726 *Tydeus* totis a. se cogit in ictum -is. TERT. anim. 51, 4. al.). 6, 825 vis illius aestus -as vitae membris ex omnibus aufert (STAT. Theb. 11, 566. al.; cf. p. 962, 58. 966, 31 sqq.). VAL. MAX. 2, 6, 8 -as spiritus mei prospero fine ... permuto *memet necatura* (3, 2, 18 AMM. 30, 6, 4. *aliter l. 15 sqq.*). 6, 2, 10 obstiperunt ... legiones tam robustas senectutis, -as intuentes (gen. ident.; an subi., ut locus ad l. 47 *pertineat?*). 9, 12 ext. 8 exiles virum -as foventem *Anacreontem*. SEN. Oed. 1021 (loq. *Oedipus effossis oculis*) per has -as corporis trunci precor (sim. epist. 9, 4 si quis oculum ... excusserit, -ae illi *sapienti* suae satisfaciunt). STAT. silv. 2, 1, 151 *moriens* pectoris efflat -as. MART. 6, 37, 2 (*iocose*) secti podicis usque ad umbilicum nullas -as habet Charinus. GARG. MART. med. 36, 2 uteri -as vulvae inhaerentes ... extrahit *thymum* (item de secundis: SER. med. 650 -as partus ... detrahet herba). SORAN. p. 14, 19 nulla ... -a seminis sinum muliebrem umectat (gr. p. 31, 13 τῷ σπέρματι tantum). respicitur mulier ut -ae spiritus viri: VET. LAT. Mal. 2, 15 (Hier. ad loc.) et non alius, sc. atque deus, fecit mulierem et est illa -ae spiritus tui (sec. gr. ὑπόλειμμα πνεύματος [σοῦ] [αὐτοῦ] var. l.); Vulg. residuum spiritus eius. cf. CHRYSOST. hom. III 962^A ostendit modum formationis, dicens '-ae s. t.'). ② -ae sunt morborum sim. (fort. huc CELS. 6, 6, 32 ex -is lippitudinis [sic olim edebatur, -quis ed. Marx sec. codd.]): CELS. 2, 14, 6 potest morbus minus gravis esse ... neque ... solvi, sed -is quibusdam inhaerere. 2, 15, 1 lentae morborum -ae remanent. 3, 4, 16 febris. 6, 6, 8^B ubi ... cursus pituitae constitit, -as ... discutunt balneum et vinum. 7, 18, 4 ut in scroto exiguae -ae, sc. tumoris, maneant. al. SEN. dial. 9, 2, 1. SCRIB. LARG. 131. 160 hoc tollit ... -as, sc. podagrae. CHIRON 658 si adhuc in eo iumento clodigine -ae remanserunt. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 30 fervoris. ORIBAS. syn. 3, 37, 4 Aa p. 860 si ... non permanent, sc. cicatrices sim., curatae sunt; quodsi aliqua -a est, longius curari possunt (*aliter gr. 3, 36, 4*). al.

③ *quaelibet* (saep[e] in rerum natura): LVCR. 1, 1109 ne terra abeat per inane ..., temporis ut puncto nil extet -arum desertum praeter spatium. VITR. 8, 1, 5 si lucerna ... non erit exusta, sed habuerit -as olei eqs. VAL. MAX. 2, 4, 5 l. 349 in ... solo magis fumante quam ulla ignis habente -as. SEN. nat. 4, 2, 19 imbres nivem diluunt, -as eius ... calor dissipat (-quas var. l.). 6, 31, 2 exitum ventis luctantibus fecit terrae motus; -ae ... residui spiritus non idem possunt. epist. 30, 3 magnus gubernator ... si exarmavit, tamen -as navigii aptat ad cursum (cf. PETRON. 114, 13 -as navis). CVRT. 8, 9, 10 amnis tenues -as ... in mare emittat. COLVM. 9, 16, 1 expressae favorum -ae. PLIN. nat. 5, 13 extare ... vestigia habitati quondam soli vinearum palmatorumque -as (vergit ad p. 965, 44). 19, 12 parvas ... -as eius thoracis superesse. 34, 171. APVL. apol. 25, 6 flammam stipulā exortam ... materia levi, caduco incendio, nullis -is. mund. 8 p. 306. TERT. pall. 2, 3 orbis mutat et nunc localiter habitus, ... cum Italiae quondam latus mari quassante ... medio tenus interceptum -as Sicilia facit. ACT. Archel. 8, 1 ipse vivens spiritus *Manichaeorum* creavit luminaria, i. solem lunamque, quae sunt -ae animae (si recte intelleximus; aliter l. 1). al.

④ *indicat gen. subi., quid (quis) aliquid reliquerit* (saep[e] res, sed animans l. 52; fort. hucl. 6; cf. exempla p. 967, 13 sqq. allata): CIC. Tim. 42 (de materia, e qua mundus creatus est) supe(ri)oris ... permixtionis -as fundens aequabat opifex mundi (gr. 41^P ὑπόλοιπα). ad Q. fr. 1, 3, 3 quae coniunx mea -as communis calamitatis, communes liberos tuetur. VERG. Aen. 3, 87 da moenia fessis ..., serva altera Troiae Pergama, -as Danaum atque inmitis Achilli (simul spectat ad 2; cf. p. 967, 16). LIV. 28, 39, 3 (in imag. de clade militari) exercitum velut ad colligendas -as naufragii nostri misistis (33, 41, 9 collectis -is n. ... Seleuciam rediit Antiochus [simul spectat ad 2]). SEN. contr. exc. 8, 6, 2 naufragiorum -as computabat. SEN. nat. 3, 26, 8 cadavera ... et naufragiorum -as alias, [coni. Hine, reliqua similia trad.]. cf. p. 962, 63). PLIN. nat. 20, 180 -as purgationum a partu (cf. l. 12 sq.). 34, 43 artifex signo perfecto e -is limae suam statuam fecit. SIL. 15, 538 (loq. Italia) hunc *Hasdrubalem* ... perpetiar miseris quaerentem exurere belli -as? (*aliter p. 965, 55*). al.

β *speciatim; sunt -ae*: ① *cibi, potionis sim.*: ① *quae restant post cenam sim.* (post contusionem [in imag.] l. 71, post partitionem praemiorum p. 964, 11; in corpore humano l. 68 sqq. [cf. de excrementis sim. p. 964, 23]; pro syn. sunt e. g. fragmenta p. 964, 13, fragmina, crustae p. 964, 21; accedit adi. hesternus l. 70, pridianus p. 964, 10; selecta inde a PHAEDRO): PLAVT. Curc. 321 edes aliquid.:: nolo ...:: immo si scias, -ae quae sint. 388 reliqui in ventre cellae uni locum, ubi -arum -as reconderem (cf. Stich. 231 vendo ... parasitum inanem, quo recondas -as). Persa 78 visam hesternus -as. Poen. 266 an te ibi vis inter istas versarier prosedas, pistorum amicas, -as alicarias? (i. -as alicae post actionem contutendendi, sc. in imag. obscaena sec. Adams, Rhein. Mus. 126, 1983, 336; reginas ed. Lindsay, v. p. 737, 49 sqq.). al. TITIN. com. 83 tuburcinari sine me vultis -as. CIC. fam. 10, 28, 1 quam vellem ad illas pulcherrimas epulas me Idibus Martiis invitasses; -arum nihil haberemus (respic. caedes Caesaris,

in qua Antonio parcebatur, ut: 12, 4, 1). al. SEN. contr. 9, 2, 2 (in imag.; de viro a praetore inter cenam occiso) -ae praetoris unco trahebantur (c. gen. subi. ut: 9, 2, 24 inter temulentas ebriorum -as. SEN. epist. 47, 5 -as temulentorum ... colligit servus. al.). 9, 2, 4 inter temulentas -as sumptuosissimae cenae (APVL. met. 2, 15, 5. al.). CELS. 3, 4, 17 satius est principia cibi a decedente febre quam -as ab incipiente excipi. PHAEDR. 3, 1, 6 (anus ad epotam amphoram) quale te dicam bonum antehac fuisse, tales cum sint -ae? 5, 4, 3 asello ... -as poni hordei. STAT. Theb. 2, 508 -as amplexa virum semesaque ... ossa premens *Sphinx*. APVL. carm. frg. 2, 6 pulvisculum (i. dentifricium) ... converritorem pridiana -ae. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5^a, 83 Pighi praemia ... consecutis ... ex ... frugibus ...; -ae frugum eqs. VET. LAT. Matth. 14, 20 (cod. 5, sim. al. et VVLG.) tulerunt -as fragmentorum, duodecim cofinos plenos (gr. τὸ περισσεῖον. inde ARNOB. nat. 1, 46 p. 40, 15 bis senarum sportarum sinus -arum fragminibus. IVVENC. 3, 89. al.). AMBR. hex. 6, 3, 14 leo ipsas suae escae -as aversatur (subest gr. 9, 3 p. 192^c τὰ λείψανα ut: EVSTATH. Basil. hex. 9, 3, 4 suae captio[n]is). off. 3, 3, 17 ciborum (HIER. epist. 64, 2, 4 VVLG. Ruth 2, 18. al., cf. l. 25 sqq. 41; sim. HIER. interpr. Iob 20, 21 -ae de cibis eius [Vulg. remansit de cibo]). ORIG. in Matth. ser. 12 p. 23, 20 (in imag.) ut *discipulus Christi* ... primitias convivii spiritalis manducet et non -as ceterorum. VEN. FORT. Mart. 3, 263 fragmina, -as, crustas et frusta recondens. MAXIM. eleg. 2, 33 (in imag.) -is veterum iuvenes pascuntur amorum (nisi ad B).

al. ② *quae post concoctionem e corpore humano excernuntur*: CIC. nat. deor. 2, 24 cuius cibi etiam in -is inest calor iis, quas natura respuerit (cf. -ae cibi: 2, 138 -ae c. depellantur. CHALC. comm. 192 per quae emissacula fertur humor ... aliaeque superfluae -ae c. et potus. PELLAG. in Phil. 3, 8 p. 406, 17 stercora ciborum sunt -ae. al.). SEN. dial. 2, 13, 2 quorum aegrotorum ... -as et effusa intueri *medicus* non dedignatur. AMBR. hex. 6, 9, 72 (antea: ciborum superflua) creator noster ductus -arum a vultu hominis avertit. ③ *quae supersunt post sacrificium sim.*: SVET. Aug. 1, 1 cavebatur, ut ... exta Marti redderentur -aeque ad Octavios referrentur. SIC. FLACC. grom. p. 105, 15 consumptis ... igne omnibus dapibus super calentes -as lapides conlocabant. HYG. astr. 2, 15, 1 in ... sacrificiis carne hostiarum consumpta -as ... eodem igni conburunt. CYPR. laps. 2 profana contagia et idolorum -as respuerunt *Christiani*. VVLG. exod. 29, 34 si remanserit de carnis consecratis ..., combures -as igni. al. ④ *quae post usum praesentem congestae, reconditae sunt in horreis sim. ad usum posteriorem, sc. fere i. q. copia* (cf. p. 963, 68): VET. LAT. deut. 28, 5 (cod. 100, sim. VVLG.) benedictae apothecae tuae et -ae tuae (-quae cod., ut 28, 17 maledictae; gr. ἐγκαταλείμματα). VVLG. exod. 8, 3 quae ranae ascendent ... in -as ciborum tuorum (hebr. מִשְׁאֵרוֹת 'alvei'; de interpr. Hier. v. Houtman, Exodus II, 1996, 46).

⑤ *mortuorum* (cf. SERV. Aen. 2, 539 *cadaver* crematum ... -as dicimus. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 5, 6 l. 17 sqq. [ad p. 968, 13] -as dicere solemus, cum spiritus separatur a corpore ...; [l. 19] quae superest pars corporis, -ae nominantur. SYNON. Cic. p. 419, 5 cineres. ossa. -ae eqs.; significantur residua corporis, e. g. l. 51. 53. 56, vel *cadaveris*, e. g. l. 55; c. gen. e. g. cineris p. 965, 9. 11 bis, corporis l. 66. p. 965, 2. 6. al.; cf. IIA):

① *de -is hominum (deorum p. 965, 1sq.)*: ① *quolibet contextu: apud auctores (selecta inde a SEN. philos.)*: PACVV. trag. 200 -as ... denudatis ossibus per terram sanie delibutas. CIC. leg. 2, 56 Marii ... -as ... dissipari iussit Sulla (cf. l. 68). VERG. Aen. 4, 343 (loq. *Aeneas*) si fata ... paterentur ..., urbem Troianam primum dulcisque meorum -as colerem (fortasse simul spectat ad p. 965, 44 sqq.). 6, 227 postquam conlapsi cineres sunt et flamma quievit, -as vino et bibulam lavere favillam. VAL. MAX. 5, 1, 1^c regias -as iacere inhonoratas. 7, 6 ext. 3 infelices cadaverum -as. PHAEDR. app. 15, 8 horum *crucifixorum* -as ne quis tolleret ..., custodes dantur milites cadaverum. 31, 3 (loq. *papilio*) dum vivebant corpora, quorum ex -is animam nos accepimus eqs. SEN. Herc. O. 1756 *Alcmenam* ... sinu gerentem -as magni Herculis (sim. TAC. ann. 2, 75, 1 [antea: cineribus] quod *Agrippina* ... ferales -as *Germanici* sinu ferret). 1829 Herculis cineres tenes, complectere ossa: -ae auxilium dabunt. dial. 6, 3, 2 longo itinere -as Drusi sui prosecuta *Livia* (cf. p. 965, 12). VAL. FL. 1, 459 ardentis ... patris -as. STAT. Theb. 12, 23 itur in exanguem populum bellique iacentis -as. TAC. ann. 1, 60, 3 in quo saltu -ae Vari legionumque inseputatae dicebantur. 2, 69, 3 humanorum corporum -ae. PLIN. epist. 6, 10, 3 -as neglectumque cinerem sine titulo ... iacere. SVET. Tib. 54, 2 amborum, i. *Neronis* et *Drusi*, sic -as dispersas, ut vix ... colligi possent (Cal. 3, 2 caesorum ... d. -as ... colligere). Dom. 8, 5 -as ... mari mersit (sim. MOD. dig. 28, 7, 27 pr. si *heres* -as eius in mare abiciat eqs.). SCAEV. dig. 32, 38, 4 *quidam* testamento suo cavet ..., ne (-as eius et) praedium suburbanum ... heres eius pigneraret (per hendiadyoin explicandum, sc. de praedio, in quo sepultus esset; an est hereditas sim., ut locus ad p. 968, 8 sqq. *pertineat?* ... deest loco gemino 32, 93 pr.). PORPH. Hor. epod. 17, 48 ('pulveres') cineres -arum. IVST. 3, 4, 13 ut ossa sua postremaeque -as conterant. ARNOB. nat.

4, 25 p. 231, 23 tumulos ... -asque Saturnias tellure in Sicilia contineri. FIRM. ERR. 2, 6 cremati corporis -ae, sc. *Osiridis*. HIL. in Matth. 8, 4 intra defunctorum sedes et mortuorum -as. HEGES. 5, 21, 3 p. 346, 5 defunctorum -as (gr. τὸς νεκρῶς tantum). al. in titulis sepulcr. (*selecta tantum*; cf. e. g. l. 13. 33sq., de -is sanctorum v. sub IIA): CIL I² 1206, 3 (saec. I² a. Chr.) quous corporis -ae, quod superant, sunt in hoc panario. 1297 (aet. Aug./Tib.) Tertulla ..., quous heic -ae suprema, sc. *munera*, mantent. CE 2077 (saec. I¹) hic -ae Pelopis: sit tibi terra levis (leb- lapis). 497, 2 (saec. I/II) cuius -as (i. -ae) cinerum, hic ossa sepulta. CIL VIII 1998 (non ante saec. II) -ae funeris ... hoc requiescunt solo. VI 16821 (saec. II/III) -as cinerorum Deuteri. CE 1189, 1 (saec. III ex.) -ae cineris tumulo mandata quiescunt. al. ② -ae sepeliuntur sim. (addas e. g. l. 11. p. 964, 63.): CE 55, 4 (saec. I a. Chr.) ubi se -ae conlocarent corporis (HIST. AVG. Pius 5, 1 [antea l. 35]. al.). VERG. Aen. 5, 47 -as divinique ossa parentis condidimus terra (CE 2134 [saec. I] in tumulum. SVET. Aug. 100, 4 Augusti -as ... mausoleo condiderunt. Nero 50, 1 monumento. TEST. [CIL VI 10229; a. 108] 89 ut reliquias meas cond(ere)nt). CIL VI 18594, 7 [saec. III] reliquias) h(ic) condidit. VLP. dig. 11, 8, 5 pr. COD. Iust. 3, 44, 12 [a. 290] mortuorum -as ... intra civitatem condi ... vetitum est. al.; cf. QVEROL. p. 58, 5 -ae defuncti ... recondantur). TAC. ann. 1, 62, 1 nullo noscente, alienas -as an suorum humo tegeter. 3, 4, 1 Germanici -ae tumulo Augusti inferebantur (SVET. Dom. 17, 3. TEST. [CIL VI 10229; a. 108] 90. CIL VI 18758 [saec. I/II]. FLORENT. dig. 11, 7, 42 si corpus vel -ae inferantur in monumentum, fiet sepulchrum. al.). 15, 28, 2 operire -as malae pugnae. TEST. Année Épig. 1945 n. 136, 12 (saec. II) ibi ... -as meas ... poni volo (CIL II 4587, 8 [saec. II²] cuius relictae) in Helviano posit(ae) sunt. al.). MOD. dig. 28, 7, 27 pr. (antea p. 964, 70) heres -as testatoris ... sepulturae tradidit (RVFIN. hist. 5, 1, 59 ne ... traderet s. [gr. μὴ κηδεύῃ]). al. ③ -ae alium in locum transferuntur (cf. p. 964, 63): PLIN. epist. 10, 68 petentibus quibusdam, ut sibi -as suorum ... transferre permitterem (TRAJAN. Plin. epist. 10, 69, 1. COD. Iust. 3, 44, 1 [a. 213] si vi fluminis -ae ... continguntur ..., t. eas in alium locum poteris. PAVL. dig. 11, 7, 44). CIL VI 1884 (a. 130) -ae treiectae. III 1312 (saec. II¹) -ae ... Romam latae sunt. VI 8878 (saec. II ex.) coniugis -as ... pertulit, sc. *Carnunto Romam*. HIST. AVG. Pius 5, 1 Romam pervexit. al. ④ de -is animalium (arcuimus, quae pro cibo adhibentur, e. g. p. 964, 15; de fetu mortuo in utero l. 40): PLIN. nat. 9, 93 polyphi -ae adservatae. 32, 56 remedio est limus ex -is piscium eorum corporis (Mayhoff, -quo trad.). CHIRON 763 (antea: equa si mortuum eicere non potuerit) ita celerius eiecit -as et secundas (si recte restit. Spoth in plagulis, -quas trad.). AMBR. paenit. 2, 2, 8 (respic. psalm. 102, 5) aquila, cum fuerit mortua, ex suis -is renascitur (sim. CLAVD. carm. min. 27, 95 Phoenix destinat aris semina -asque sui).

⑤ aedificii, oppidi sim. (fort. huc p. 964, 53): RHET. Her. 4, 15, 22 ut ... cuius nitor urbis, i. *Fregellarum*, Italiam nuper inlustravit, eius nunc vix fundamentorum -ae maneat. CIC. fam. 15, 4, 9 in -is Amani delendis. VERG. Aen. 8, 356 disiectis oppida muris, -as veterumque ... monumenta virorum. PLIN. nat. 3, 70 morientes Casilini -ae. 36, 90 extant ... adhuc -ae eius labyrinthi Lemni, cum Cretici ... nulla vestigia extent. TAC. hist. 4, 53, 1 prioris delubri. FLOR. epit. 1, 12, 11. PORPH. Hor. epod. 16, 11 urbis Romae (HEGES. 5, 31, 1 p. 370, 28. al.). AMM. 17, 10, 7 vicorum ... -as ... exustorum (24, 8, 2). al.

⑥ incorporeae; restant: α quaelibet: CIC. Verr. II 2, 136 voluptatum flagitiorumque istius Verris ipse Timarchides -as colligebat. 5, 39 nisi ... belli -as ... proferes (prov. 19. al. BRVT. Cic. ad Brut. 25, 4 SALL. or. Phil. 8. al.; aliter p. 963, 60. 966, 16. 967, 25sq.). Sull. 1 in his pristinae fortunae -is miseris (BOETH. cons. 2, 4, 17). dom. 96 vidi, si vicissem, tenuis rei publicae -as, si victus essem, nullas futuras (fam. 15, 15, 1. fort. huc p. 962, 60; sim. de -is regni: VAL. MAX. 3, 2, 7 imperii. SEN. nat. 3 praef. 9 deus extruit alia, alia ... ex fastigio suo nullas habitura -as iactat). Cael. 70 coniurationis (parad. 27. cf. p. 967, 7). COLVM. 2, 4, 11 effeta ... humus ... nullas ... virium -as habet. 9, 14, 13 dum adhuc autumnus -ae sunt, (requiescunt var. l.; nisi ad a, ut fort. etiam AVG. epist. 55, 13 hibernae -ae). PLIN. nat. 26, 12. QVINT. inst. 8, 5, 1 in usu cotidiano quasdam -as habet, sc. vis prisca verbi q. e. 'sententia'. FRONTO p. 123, 7 (respic. eloquentia) post Augustum nonnihil -arum iam ... tabescentium Tiberio ... superfuisse. APVL. apol. 25, 7 (antea p. 963, 41) illa accusatio inanis ... nullis ... -is calumniae permansura. AVG. c. acad. 3, 18, 41 (meton. de doctrina) Antiochi philosophi -as Tullius noster oppressit. al. de parte numeri, quae relinquuntur parte altera subtracta: FAV. EVL. 10, 7 quamvis duodecim alterius versus videatur habere -as (13, 6 duodecim ... secundi v. incipit habere -as). 16, 6 xxvii septenarium continent in -(i)is ...; -(i)ae sunt eius in septem.

β condiciones, affectus animi sim. (meton. de homine p. 966, 5): CIC. Sull. 37 si adflicta fortuna, si -ae pristinae dignitatis non tam

illustres fuissent eqs. (fam. 6, 10, 2). Deiot. 9 resedissee in te simultatis -as. al. LIV. 5, 42, 8 -as spei suae intuentes. SEN. dial. 5, 29, 1 si captivus ... -as libertatis tenet. CVRT. 6, 2, 8 tenues -ae pristini moris. VLP. dig. 1, 6, 8 pr. voluntatis -is in furiosis manentibus. PONT. vita Cypr. 12, 9 formidinis. 5 HIER. c. Ioh. 12 (meton. de Epiphano) cum papam ... et antiquae -as sanctitatis ... despicias. psalt. sec. Hebr. 75, 11 -is irae, sc. hominum, accingeris, domine (aliter VVLG., v. p. 968, 4). al. apud Christ. respiciuntur ea, quae supersunt de malis, peccatis sim.: HERM. Pal. vis. 3, 2, 2 si ... desideras sedere cum ipsis sanctis, -ae tuae satis sunt; munda ergo te a -is tuis (gr. τὰ ὑστερήματα ... ὑστερημάτων). AVG. pecc. mer. 2, 8, 10 adhuc dissimiles, sc. deo, sumus per -as vetustatis (2, 9, 11. 2, 27, 44 [opp. ex primitiis novitatis]). al.

γ ea, quae adhuc facienda, explenda sunt (pauca certiora):

① munera, negotia inchoata sim.: CIC. Cato 19 (ad Scipionem min.) quam palmam Carthaginis delendae utinam di ... tibi reservent, ut avi -as, i. bellum, persequere! (cf. LIV. 9, 29, 3 consule ... -as belli persequente [sim. al., v. vol. X 1, 1692, 20sq.]). fam. 6, 8, 2 ut ad -as negotiationis proficiscare (13, 66, 2. sim. LENT. Cic. fam. 12, 14, 1 ut -as mei laboris colligerem. 12, 14, 5 meae diligentiae). LIV. 39, 41, 6 L. Postumius praetor ... -as Bacchanalium quaestionis cum cura executus est. VET. LAT. gen. 5, 29 (Hesych. in lev. 23, 39 p. 1096^b) hic requiescere nos faciet ab omnibus operibus nostris et de -is manuum nostrarum (sec. var. l. gr. λοιπῶν [pro λυπῶν]; Vulg. laboribus). Col. 1, 24 (Ambrosiast.) suppleo -as pressuratum, Christi in carne mea (i. gr. ὑστερήματα, Vulg. ea quae desunt passionum). AMM. 17, 2, 1 ad sedes revertens hibernas sudorum -as repperit tales eqs. ② debitum, tributum solvendum: NOVELL. Maior. 2 pr. (antea: tributorum exactione) aegre solutionis trahit ... -as. INTERPR. novell. Marc. 2 ut ... relaxatae beneficio principis tributorum -ae non quaerantur. CASSIOD. var. 12, 10, 1 rationum publicarum -ae.

δ temporis, vitae spatia sim. (sc. posteriora, adhuc peragenda sim. [aliter p. 965, 62sq.]): VAL. MAX. 5, 6 ext. 5 Aristoteles supremae vitae -as ... in otio vix custodiens (SEN. dial. 10, 3, 5 non pudet te -as v. tibi reservare?). PHAEDR. 3 epil. 15 languentis aevi dum sunt aliquae -ae. SEN. epist. 102, 2 -as aetatis infractae contemnebam. AMBR. hex. 4, 3, 9 ubi occiderit sol, manet tamen adhuc aliquid -arum diei, donec eqs. VVLG. Ier. 15, 11 dicit dominus: 'si non -ae tuae in bonum, si non occurrerit tibi eqs.' (sec. rec. Aquilae, sc. τὸ ὑπόλειμμα, vel Symbachi, sc. ὑπελείφθη. explicat HIER. in Ier. 3, 54, 2 noli considerare praesentia, sed futura; -ae enim tuae et novissima erunt in bonum). respicitur vita aeterna: AVG. in psalm. 36, serm. 1, 12 noli putare, quia finita ista vita, finitus est homo, quia 'sunt -ae homini pacifico' (v. p. 968, 15; in explic. eiusdem loci e. g. Ps. AVG. serm. ed. Mai 9, 1 id est ... vives apud deum. aliter p. 968, 11).

ε animantes, sc. significantur ii, qui e maiore numero supersunt (arcuimus exempla ad corpus vel vitam eorum pertinentia, v. p. 962, 73sq., -as mortuorum p. 964, 43sq. attulimus; in imag. de -is hominis unius p. 967, 4; -ae sunt: α quilibet (sc. homines praeter l. 67. p. 967, 3, eorum sedes e. g. l. 71; cf. p. 963, 75sq.; huc vergit p. 962, 55sq.): α indicatur multitudo, coetus, gens sim. (sc. per gen. passim, per praepos. de vel ex l. 61. 72sq.; saepe respic. superstites post cladem, sc. ceteris occisis, aliter e. g. l. 51sq. 67; selecta inde a LIV.): TER. Ad. 444 (442 homo antiqua virtute et fide) quam gaudeo, ubi etiam huius generis -as restare video ([DON. ad loc. id est paucos ac raros bonos; nam -ae pro relictis paucisque dicuntur]. SEN. nat. 3, 27, 12. AMBR. Noe 5, 11 in diluvio per arcam Noe servatae sunt -ae g. humani). CIC. Pis. 23 cum templum ... a coniuratorum -is ... armis teneretur (cf. Att. 1, 14, 4 de intermortuis -is coniurationis [LIV. 32, 26, 15]). ad Brut. 10 -as hostium Brutus persequitur (20, 1. LIV. 21, 40, 10 -as extremas hostis, non hostem habetis). al. CAES. civ. 3, 21, 4 Milo gladiatoriae familiae -as habebat. BELL. Afr. 22, 2 paterni exercitus -is collectis (item pro obi. verbi q. e. colligere: Alex. 40, 5 LIV. 25, 22, 2. al.; ceterum: LIV. 24, 18, 9 ad Cannensis e. -as. 25, 37, 16. al.; cf. BELL. Afr. 93, 3 de tanto exercitu -as esse nullas eqs.). SALL. or. Macri 18 exulum. NEP. Them. 5, 1 copiarum (IVST. 19, 3, 9). VERG. Aen. 5, 787 non satis est Iunoni ... poenam traxe (i. traxisse) per omnem -as Troiae; cineres atque ossa peremptae insequitur ([an ad p. 965, 44?]). CLAVD. DON. Aen. 1, 30 p. 16, 27 de -is T. Romanum quaesivit imperium. sim. AVG. civ. 18, 19 p. 280, 27 -ae Troianorum). LIV. 22, 54, 7 ne has quidem -as superesse civium sociorumque. PLIN. nat. 8, 176 hodie ... -ae stirpium boum Epiroticorum durant (cf. p. 968, 9sq.). SVET. Iul. 35, 2 Scipionem ac Iubam -as partium in Africa refoventis devicit Caesar (FLOR. epit. 4, 2, 64 huc -as p. naufragarum, i. victarum, quidam fugae aestus expulerat; nec -as diceret, sed integrum bellum). FLOR. epit. 3, 5, 27 Pompeius rebellis Asiae -as sequens eqs. CLAVD. DON. Aen. 2, 660 p. 235, 27 ut de magna urbe nullae -ae supersint. VVLG. Ios. 11, 8 ita percussit omnes, ut nullas dimitteret ex eis -as. Ier. 47, 4 depopulatus est ... Palestinos, -as insulae Cappadociae (sim. indicatur regio gentis: 47, 5 conticuit Ascalon et -ae

vallis earum. cf. e. g. l. 53). CLAVD. 28, 157 tanta ... ex gente ... -as. IORD. *Get. 277* Scirorum -as ... acrius pugnatos (pugnaturas, -is ... pugnaturis var. ll.). PS. VEN. FORT. vita Pat. 12, 36 columbarum tuarum mihi -as teneam. *al. in imag. de eo, qui e priore statu minor factus est*: PS. CIC. exil. 8 liceat manere, si non illum M. Tullium, custodem urbis ..., patrem patriae, at certe -as Tulli. **β** *indicatur dux, praeses sim.*: CIC. Pis. 16 illam manum ex intermortuis Catilinae -is concitatis (*item c. gen.*: ad Brut. 5, 2 exspectatio -arum Antoni. HIST. AVG. quatt. tyr. 5, 3 Firmum *usurpatorem* ... feminei propudii, *i. Zenobiae*, -as colligentem. VVLG. Soph. 1, 4 disperdam de loco hoc -as Baal [HIER. *ad loc.* l. 193 cultores eius e populo]). HIST. AVG. Sept. Sev. 15, 4 Pescennianas -as ... persequebatur. CLAVD. 3, 310 *Rufinus* tradit ... suas hostilibus armis -as. **γ** *indicatur, cuius actione vel qua de causa -ae relinquuntur, sc. per gen. subi. (nonnulla, e. g. l. 26, simul ad residua vel fragmenta rerum spectant, ut ad p. 963, 47 sqq. trahas; selecta inde a LIV.):* VERG. Aen. 1, 30 Troas, -as Danaum atque immitis Achilli arcebat *Iuno* longe Latio ([SERV. auct. dupliciter et a Troianis et a Graecis dici possunt]. 1, 598 nos, -as D. [CLAVD. DON. p. 118, 14 sqq. -as ter debemus accipere, ut sit -as D., -as terrae, -as maris ...; -as terrae ..., quia ... multos luis contagione perdidit, -as maris, quia eqs.]. cf. p. 963, 52). LIV. 5, 13, 12 populatores ... -as pugnae absumpserat (36, 19, 9. *aliter, sc. de cadaveribus, p. 965, 24*). 22, 56, 2 -as tantae cladis velut, ex naufragio, colligentem ([, cf. p. 963, 54]. 25, 5, 11. *al. PANEG.* 12, 23, 3). 27, 27, 10 infelicis expeditionis. SEN. suas. 5, 5 *Xerxes* -as victoriae nostrae colliget; illos adducet eqs. SIL. 10, 416 super -as belli atque imperdita corpora (FLOR. epit. 4, 8, 1 AVG. civ. 3, 14 p. 115, 34. *al.*; cf. e. g. p. 965, 55 sqq.). SVET. Cal. 38, 4 -as omnium spectaculorum, *sc. gladiatores*, ... vendidit. *al. δ cetera exempla*: PLANC. Cic. fam. 10, 11, 2 nullum alium receptum Antonium -asque, quae cum eo essent, habere. BELL. Alex. 42, 4 -is ex fuga collectis. SEN. dial. 6, 20, 4 *Pompeius* vidit ... ex illo proelio *Pharsalico*, in quo prima acies senatus fuit - quam infelices -ae sunt! - ipsum imperatorem superfuisset. 12, 7, 7 *Aeneas* profugum ... exiguas -as trahentem necessitas ... in Italiam detulit. CVRT. 4, 5, 4 multas se *Dareum* adhuc -as habere nec semper inter angustias posse deprehendi (*simul ad opes spectare vid., ut ad p. 962, 52 sqq. pertinere*). STAT. Theb. 10, 766 captae ... *Lernae*. FRONTIN. strat. 4, 7, 39. TAC. ann. 1, 61, 2 accisae ... -ae, *sc. legionum Vari*. FLOR. epit. 4, 2, 64 p. 966, 70. CYPR. epist. 11, 8 (*in imag.*) *sumus* positi inter plangentium ruinas et timentium -as, inter numerosam languentium stragem et exiguum stantium paucitatem in *persecutionibus*. *al.*

β *Iudaei, populus Israhel (saepe pars post defectionem vel cladem a deo servanda vel servata [ad rem v. Kreuzer, Neues Bibel-Lex. III, 2001, 348 sqq.]; opp. exercitus sim. l. 49):* VET. LAT. gen. 45, 7 (Aug. quaest. hept. 1, 148; loq. *Ioseph*) misit ... me deus ante vos, *fratres*, remanere vestrum -as super terram (*gr. ὑπολείπεσθαι ... κατάλειμμα, Vulg.* ut reservemini; *quae seq., v. p. 968, 63*). Is. 10, 22 (Ambrosiast. in Rom. 9, *sim. al. et VVLG.*) si fuerit numerus filiorum Israhel sicut arena maris, -ae salvae fient (*gr. κατάλειμμα, locus explicatur l. 67 sqq.*). Soph. 2, 9 (cod. 176) ([resi]dui, ex populo meo ... et [-ae] g[en]tis meae ([, *gr. bis κατάλοιποι, VVLG. v. l. 55*). I Macc. 3, 35 (recc. L, V) ad extirpandam virtutem Israhel et -as Hierusalem (rec. B -as ex H., *gr. τὸ κατάλειμμα*). TERT. resurr. 22, 4 cum -is Israhelis (*cf. -ae Israhel*: HIER. in Is. 13, 49, 5 l. 50G. ad faeces sive -as I. convertendas; hoc enim verbum hebraicum 'nesure' sonat. VVLG. II par. 34, 9. *al.*). HEGES. 2, 1, 2 p. 131, 4 misereri ... -arum Iudaeae (*gr. 2, 90 λείψανα*). VVLG. iud. 5, 13 salvatae sunt -ae populi (Ier. 41, 10 captivos duxit Ismahel omnes -as p., qui erant eqs. Soph. 2, 9 -ae p. mei ... et residui gentis meae [*cf. l. 47*]. *al.*). IV reg. 21, 14 -as hereditatis meae (Mich. 7, 18). Is. 10, 21 -ae ... Iacob ad deum *convertentur* (Mich. 5, 7 erunt -ae I. in medio populorum multorum. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 170, 3. *al.*). Ier. 40, 11 quod dedisset rex Babylonis -as in Iudaeam et quod praeponisset super eos Godoliam. SVLP. Sev. chron. 2, 15, 4 -is ... servitio nuper exemptis. *al. confunduntur, ut vid., voces hebr. q. s. נָחַץ, '-ae' et נָחַץ 'nervus'*: PSALT. Rom. 20, 13 (*item HIER. in psalm.*) in -is tuis praeparabis vultum illorum (*gr. περιλοιποις, Vulg. reliquis, Hier. psalt. sec. Hebr. funes. explicant HIER. ad loc. '-is' ... ad similitudinem sanctorum, quos tibi ... servasti eqs. AVG. ad loc. in his, quae relinquas, id est in cupiditatibus regni terreni. al.*).

γ *credentes, apostoli sim., sc. apud Christ. (saepe in interpr. Is. 10, 22, v. l. 45; cf. l. 65):* VET. LAT. Rom. 11, 5 (Ambrosiast. *al., sim. VVLG.*) -ae per electionem gratiae factae sunt (*gr. λείψμα*). HIER. in Mich. 2, 5 l. 322 (*explicit l. 58*) -ae Iacob, quos apostolos intellegimus. AVG. civ. 18, 33 p. 305, 28 hae ... in Christum illius gentis -ae crediderunt. persev. 18, 47 *deus* praescivit ... -as, quas secundum electionem gratiae fuerat ipse facturus. *al.*

δ *memoria rei, quae iam evanuit (fort. huc p. 964, 22):* CIC. div. 2, 128 *animus* incidit in visa varia ... ex -is, [ut ait Aristoteles], inhaeren-

tibus earum rerum, quas vigilans gesserit ([, *insomn. 461a19 αἱ ὑπόλοιποι κινήσεις αἱ συμβαίνουσαι ἀπὸ τῶν αἰσθημάτων, sim. 462b22 ὑπόλειμμα*]. cf. 2, 140 -ae rem earum ..., de quibus vigilantes ... egimus). PSALT. Rom. 75, 11 (*sim. VVLG.*) -ae cogitationum diem festum agent tibi (*gr. ἐγκατάλειμμα. explicant AVG. in psalm. 75, 14 sq. confessio* facit in nobis -as c. ...; [15] -ae c. sunt, cum meminimus eqs.; ... ex ipsis -is c., id est ex ipsa memoria eqs. serm. 220. CASSIOD. *ad loc.* l. 194 sunt ... criminum recordata pernicies. *aliter explicat HIER. ad loc.* in -is c. puritas mentis ostenditur). CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 70, 6 (= p. 123, 31. *al.*) sunt ... et nunc -ae tunc factorum mirabilium (*gr. I 1, 2 p. 41, 16 τὰ λείψανα*). CASSIOD. in psalm. 36, 38 l. 694 (*ad l. 15*) '-ae' significant memoriam bonorum, quam iustus vir ... post obitum derelinquit.

ε *is, qui (id, quod) pro hereditate sim. relictus (relictum) est:* **1** *in imag. significatur progenies sim.*: VET. LAT. psalm. 36, 37 sq. (cod. 300, *sim. al. et VVLG.*) sunt -ae homini pacifico ...; -ae impiorum interibunt (*gr. ἐγκατάλειμμα ... κατάλειμμα. locus explicatur l. 11. p. 966, 41 sq.*). VVLG. Iob 18, 19 non erit semen eius neque progenies ... nec ullae -ae. Is. 14, 22 perdam Babylonis nomen et -as et germen et progeniem. *al.* **2** *proprie*: ACT. Archel. 64, 2 anus *mortua* ... ipsi *puero* ... universa sua bona tradidit et cum ceteris -is etiam quattuor illos libellos. FACVND. fid. 39 *ecclesiae* statuta devote semper custodivit hactenusque in suis -is ubique propagatis custodit (*si recte intelleximus*).

II *usu christ. de -is sanctorum, martyrum, quas Christiani venerantur (quae saepe in basilicis, altaribus sim. conditae positae sunt, aliter e. g. l. 31):* **A** *significatur cadaver eiusve partibus (-ae sanguinis l. 38; cf. usum p. 964, 43 sqq. illustratum; quaedam simul spectant ad B):*

1 *apud auctores*: GAUDENT. serm. 17, 1 ut venerandas sanctorum -as habemus, deus ... tribuit (17, 15 horum martyrum v. -ae. DIONYS. EXIG. praef. 8, 3. *al.*; cf. l. 47). HIER. epist. 60, 16, 3 martyrum effossae -ae. 109, 1, 3 honoramus ... -as martyrum (in Gal. 5, 13^b l. 69. *al.*). PRVD. perist. 11, 14 sexaginta illic defossas mole sub una -as ... hominum. PAVL. NOL. carm. 18, 126 quisque ... propior consistere certat -is corpusque manu contingere gaudet. epist. 32, 17 basiliculam de benedictis ... martyrum [-is, sacri cineres ...] consecrabunt, (*cf. GREG. TVR. glor. mart. 3, 8 expetens pontificis -as, ut ... locum ... eius -is consecraret. sim. al. apud eundem*). VICTRIC. 10 l. 2 subicitur oculis cruor et limus: id ... -arum nomine signamus. 12 l. 37 in ipsis corporibus -isque membrorum. AVELL. 2, 26 -ae cruoris eius *Rufiniani* in obsessis corporibus daemonia affligunt. REG. eccl. Carth. l. 75 in quibus altaribus nullum corpus aut -ae martyrum conditae probantur. CONC. Epaon. a. 517 p. 30 l. 175 sanctorum -ae (*postea*: sacris cineribus). GREG. M. dial. 1, 10, 2 -ae beati Sebastiani martyris oratorium sunt ingressae (*in dedicatione oratorii ut*: 3, 30, 2. DYNAM. vita Max. 9 l. 208 *cum* ad ... templum ... sacras cum honore maximo -as adveheret). *al.* **2** *in titulis*: CE 906, 2 (*ca. a. 396?*) Ambrosius templum domino ... sacravit nomine apostolico, munere, -is. INSCR. Bulg. Beševliev 42 (*saec. V/VI in.*) hic insunt -ae sancti Thomae apostoli et Babylae episcopi. CIL VIII 23921 (*post a. 537*) (hic) benerandae -(a)e beat(issimorum) mart(y)r(u)m ... d(e)p(oi)s(i)t(a)e. INSCR. Année Épigr. 1937 n. 148 (*a. 585*) r(e)(i)q(ui)ae s(ancto)r(um) m(arty)r(um) eqs. *al.*

B *significatur res tactu vel usu sancti sacrata (de re tactu sancti corporis sacrata l. 55; pauca certiora):* ANON. Vales. 15, 93 quod *miraculum* videntes populi ... coeperunt -as de veste eius *Iohannis papae* tollere. ALC. AVIT. epist. 20 pignus -arum sanctae crucis. GREG. M. dial. 2, 38, 2 non tanta per sua corpora, quanta beneficia per -as ostendant *sancti*. epist. 4, 30 l. 40 quidam Graeci de talibus -is (*i. brandeis tactu sanctorum mortuorum sacratis*) *dubitaverunt*. DYNAM. vita Max. 12 l. 298 ut *populus* maximam partem indumenti sui (*i. Maximi adhuc vivi*) in -arum patrocinia ... rapuisset. *al.*

deriv.: reliquarium.

Monaco.

reliquiārium, -ī n. a reliquiae. NOT. Tir. 64, 25 -um. *i. q. reliquiarum summa, sc. collective respiciuntur: poster:* VET. LAT. gen. 45, 7 (Aug. quaest. hept. 1, 148; *Ioseph* fratribus) *deus* voluit remanere vestrum reliquias super terram et enutrire vestrum -um magnum (-arum var. l.; *gr. κατάλειψιν, cod. 100* reliquias, *Vulg. aliter; cf. AVG. ibid.* non ... consonat, ut ... -um accipiamus Iacob et filios eius, cum omnes sint incolumes [*additur explicatio mystica sec. Rom. 11, 5*]). *hereditas protoplastorum*: AVG. conf. 5, 8, 15 *discessu meo mater* eiulabat atque illis cruciatibus arguebatur in ea -um (-arum var. l.) Evae, cum gemitu quaerens quod cum gemitu pepererat (*cf. gen. 3, 16*).

reliquias (*nom.*) v. reliquiae.

1. reliquo, -āvī, -ātum, -āre et **reliquor**, -ātus sum, -ārī. a reliquus (reliquum). *act. vel pass. non legitur nisi p. 969, 15. 17 et GLOSS., depon. l. 75 sqq.* GLOSS. -o: λοιπάξω. λοιπογοράφω.

1 *notione originaria, sc. technice in re pecuniaria, i. q. reliqui solvendi obnoxium fieri (facere p. 969, 14), reliquum debere:* a depon.

-ari: **α absolute:** EPIST. imp. Aur. dig. 50, 1, 24 reliquorum usuras ... ab ipso, qui ex administratione honoris -tus est, ... non exigi (VLP. dig. 50, 4, 6, 1 qui ex a. rei publicae -antur [-linq- F]). VLP. dig. 10, 2, 20, 6 si filius in muneribus publicis ... -tus est. PAVL. dig. 32, 97 legatarius proferebat manu patris familiae -tum esse et (se Mommsen) tam suo quam colonorum nomine. **β indicatur ipsum reliquum:** per abl.: SCAEV. dig. 33, 8, 23 pr. Stichus summus, quibus -tus erat tam ex calendario quam ex variis causis, reddidit. 40, 7, 40 pr. cum ampla pecunia ... sibi commissa -etur et quasdam summas ... rationibus non intulerit Stichus. per acc. obi. (sec. struct. 'posco aliquem aliquid' sim.; cf. l. 15): SCAEV. dig. 33, 7, 20, 1 colonus -tus est amplam summam. 40, 7, 40 pr. ea, quae mala ratione -tus est Stichus. PAVL. dig. 26, 7, 46 pr. debitum, quod ex conductione -tus est colonus.

b reflexive se -are: VLP. dig. 34, 3, 9 heres non impeditur reliquas exigere, quas, quis se -vit (cf. l. 10).

2 notione deflexa i. q. aliquid reliquum facere, sc. id non solve-re: APOLLIN. Alc. Avit. epist. 13 repente ... sum -ti faenoris, recordatus (i. in imag. de commemoratione sororis defunctae non celebrata).

deriv.: 1. reliquatio, reliquator (-trix).

2. reliquo, -atum, -are. a re- et liquare. stirps perf. act. non legitur. [arcenda vid. PASS. Call. (BHL 1523) 1 manus aurea simulacri incendioli eliquata est (-tum est ed. Mombrittii). Prim. Felician. (BHL 6922) 7 conflari plumbum (-ari p. ed. Mombrittii; cf. l. 40).]

i. q. liquando resolvere (in statum priorem l. 33. 40sq.; ceterum notione praeverbii minus perspicua, cf. GLOSS.¹ IV Plac. r 2 -tum: μεταφορικῶς dictum, liquatum [inde I Ansil. RE 898]):

1 in sermone med. -antur: **a substantiae remedium:** ORIBAS. syn. 9, 28, 3 La p. 332 si et papaver simul coquitur cum oleo et cum adipem anserinum ... simul -atur senices, (i. i. -atum incisis; gr. διατήρων ... ἐγγέοις, Aa adipe ... remisso]. ALEX. TRALL. 2, 210 [gr. II 347 τήζον]. 9 add. La p. 398 addes, quae -ta[s] sunt (9, 3 add. Aa p. 275). *ibid.* axungia vetus -ta calicem unum. PHILVM. med. 1 p. 109, 10 -ta cetera superfundes. PS. THEOD. PRISC. add. p. 309, 17 in -ta pice (trad., in liquata p. Rose; cf. l. 42). **b carnes excrescentes:** ORIBAS. eup. 4, 24, 13 La p. 546 medicamentum -at et sanat, in oculis pterygia (i. gr. ἀποτήχει, Aa sanat). **c partes corporis induratae (sc. molliendo):** ORIBAS. eup. 2, 1 A 16 Aa p. 432 vitis alba splen -at (gr. 31 τήζει, La non resp., resolvit cod. Stuttgart.).

2 exempla cetera: PASS. Cyriac. 17 trullum (ollam var. l.) in plumbum -ari, ut in os martyris infundatur (aliter cod. Maxim. plumbum solvi in trullula; gr. 5 μόλιβδον λυθῆναι. cf. l. 23). Marcell. pap. (BHL 5234 sq.) 18 vicarius iussit picem -ari, et cum -ta fuisset eqs. (ita Acta sanct., liquari ... liquata ed. Mombrittii; cf. l. 33). ISID. orig. 16, 20, 13 aeris flos fit ... conflationibus, resolutio atque -to aere (Plin. nat. 34, 107 fit aere fuso).

3. reliquo v. relinquo. **reliquo** v. 1. relinquo. **Bk.**
⁸reliquus, -a, -um. [subest radix *leik^w - 'discedere, relinquer' (cf. eadem notione ind. vet. rinakti, avest. irinaxti, armen. lk'anem, gr. λείπω, hibern. vet. léicid, lat. relinquere), quae in lat. suffixo -o-uo- aucta est, sc. *re-lik^w-owo- > re-li-cu-us (ut perspicere > perspicuus) > re-li-quus (sec. reliqui, reliquiae). cf. Sommer, Laut- u. Formenlehre^{2,3} 132; Walde-Hofmann I 808 sq.; Leumann, Gramm. 1977, 303; Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, ²2001, 406 sq.; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 344. Mei.] derivatur a relinquere PRISC. gramm. III 510, 35.

vocis forma: 1) tetrasyllaba -cuus (cf. CASSIOD. gramm. VII 158, 15 sq. [e Papir.] reliciae [Keil, reliqu- codd.] et -cui [Keil, reli(n)qui codd.] per c scribebantur, et sicut -cuus et vacuus, sic -cui et vacui eqs.; huc pertinere vid. DON. Ter. Andr. 25, 4 geminata 'u' scribitur): in inscr. l. 66; in codd. vet. e. g. TER. l. 63. CIC. rep. 2, 39 (P saec. IV/V; *ibid.* iterum, sc. ante corr. ut 2, 43. 51. 64). LIV. 22, 51, 7. al. (P saec. V¹). 41, 23, 15. al. (V saec. V¹). VET. LAT. I Cor. 7, 29 (cod. 75). al., ceterum saepe edd. cum codd. rec.; tetrasyll. formam confirmat metrum apud PLAVT. (sed -qu- cod. A praeter Cist. 506 relicuomst. Trin. 510. cf. l. 72). CAECIL. com. 242 (-qu- codd. et pars edd.). TER. (codd. fere -qu-, sed -cu- cod. A e. g. Hec. 570 Phorm. 37). LVCR. (sc. rē- in hexam., v. p. 970, 19; de -cu- restit. v. Deufert, Prolegomena, 2017, 231 sq.). PHAEDR. 1, 31, 13 (-qu- codd. ut 3, 4, 2. 4, 26, 12). CE 93, 2 (lapis perii; saec. I/II, iamb.) (quae dies) ... lucem reli(cuam praecideret) (si recte suppl. Bücheler). ARGVM. Plaut. Pseud. 3 (-qu- codd.). 2) trisyllaba -quus: in inscr. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 152 -ei. CIL IX 2845, 6 (a. 14/1 a. Chr.). EDICT. Sotid. de curs. publ. (Journ. Rom. Stud. 66, 1976, 107) l. 25 (aet. Tib. in.). TAB. cer. Pomp. Camodeca 83, 8 (a. 51). al.; in PAP. Herc. 1067 (v. Piano, Cronache Ercol. 47, 2017, 221) et codd. vet. e. g. PLAVT. Cas. 858 (A, contra metrum ut Merc. 547, sed relinquo- Trin. 14). CIC. rep. 1, 7. al. (P). LIV. 25, 16, 17. al. (P). 41, 20, 10. al. (V). FRONTO p. 113, 26. al. (A saec. V²). GAIVS inst. 2, 174. al. (V). al., nota abbrev. p. 970, 15, ceterum saepe edd. cum codd. rec.; trisyll. metiuntur poetae

-a debeantur (in nomine muneris publici l. 4): dat.: inde a TER., v. p. 981, 62. 66. 982, 33. 66. pron. poss.: CIC. Att. 6, 1, 19 -a mea procurator meus ... scribit se accepisse. gen.: CIL VI 37174 (saec. I/II) Narcisso servo publ(ico) Cilniano a -is p(opuli) R(omani) (i. exactori -orum, quae aerario debentur, v. Hirschfeld, Die kaiserlichen Verwaltungsbeamten, ²1905, 75 c. adn. 3). SYMM. epist. 9, 150, 1 ob -a arcae vinariae (cf. NOVELL. Valent. 1, 3, 3 superiorum ... omnium temporum -a tam [arcualium] [an infra ad l. 42?]) quam utriusque aerarii usque ad incipientem primam indictionem). **β** quis -a debeat: praepos. apud: inde a TER., v. p. 981, 62. 70sq. 982, 57. 66. gen.: PLIN. epist. 3, 19, 6 possessor ... vendidit pignora (sc. instrumenta operi necessaria) et, dum -a colonorum minuit ad tempus, vires in posterum exhausit (TAB. aliment. Vel. [CIL XI 1147] 6, 75. SCAEV. dig. 33, 7, 20 pr. fundos instructos cum suis vilicis et -is c. 33, 7, 20, 1 cum dotibus et -is c. PAPIN. dig. 32, 91 pr. [bis iuxta actorum]. al.). S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 9 ex -is lanistarum ... pars lanistis condonetur. COD. Iust. 7, 73, 7 (a. 259) debitoris. al. pron. poss.: PAVL. dig. 32, 97 sua. **γ** ex quibus debitis -a restent: praepos., sc. de: inde a TER., v. p. 981, 62. 67. 982, 30 et PAPIN. dig. 32, 91 pr. ea -a, ... quae de reditu praediorum ... manserunt. ex: inde a CIC., v. l. 15. p. 981, 56. 67. 69. 982, 6. 22. al. (distingue ex -is l. 30sq. 45sq. et COD. Theod. 12, 6, 10 non modo praesentis anni debita, verum etiam species, quae ex -is inferuntur. cf. p. 972, 14). gen. partit.: v. p. 982, 26 et COD. Iust. 4, 46, 2 pr. (imp. Diocl.) ob cessationem collationum vel -a tributorum (PROSP. chron. I p. 422, 587 Hadrianus -a t. urbibus relaxavit. cf. AMM. 16, 5, 15 tributariae rei ... -a). **δ** quo tempore -a contracta sint: gen.: CIC. fam. 2, 13, 3 publicanis etiam superioris lustris -a ... conservaram (inde e suppl. dub.: Att. 6, 2, 5 populi ... publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil solverant, etiam superioris l. <-a> reddiderunt). TAB. cer. Pomp. (CIL IV 3340) 141, 14 (a. 58) me accepisse ab L. Caecilio Iucundo tantum ... ob fullonicam ex -is anni unius (item ex -is: lat. 121, 29 ob fullonicam) ex reliqu(is) ann(i) un(i)us. 145, 9 [a. 58] ex -is ob pasquam anni ... horum Ilvir(orum) [fere idem 145, 27]. 143, 10 [a. 59] ex -is ob fullonica(m) anni L. Verani Hupsaei et Albuci Iusti. ceterum: PANEG. 5, 13, 1 quinque annorum nobis -a remisisti). COD. Theod. 1, 5, 11 omnes, qui provincias regunt, -a sui temporis deposita administratione compellant (1, 11, 1 -a praeritit t. ... exigenda. al., adde p. 982, 58). al. adi.: INSCR. numm. imp. Hadr. II p. 416 n. 590sq. -a vetera ... abolita. SYMM. epist. 5, 87 cum -a superiora non exsolvent, etiam pensionem proximis anni ferre detrectant. praepos.: v. l. 8. p. 981, 73 et NOVELL. Maior. 2, 1 quidquid ex praerititis indictionibus usque in praesentem undecimam -orum est. **ε** qua in re -a constant, sc. gen. explic. (hucine l. 7. 48?): inde a LIV., v. p. 982, 23. 63. 65; cf. GAIUS dig. 40, 7, 31 pecuniam -orum. **ζ** pro qua re -a debeantur: praepos. ob: TAB. cer. Pomp. (CIL IV 3340) 139, 5 (a. 52/62) me acc(ep)isse ab illo tantum ... (ex r)eliqui(s) ob avi(t)um fundi (de re cf. p. 982, 5). 142, 8 (a. 58) ex -is ob fullonica(m). v. et l. 30. p. 982, 5sq. gen.: COD. Iust. 7, 73, 1 (aet. Anton.) ob -a administrationis primipili (ad rem v. vol. X 2, 1363, 7sq.). CIL XIII 1807, 11 (saec. III¹) exactori -or(um) annon(ae) sacrae expeditionis. COD. Iust. 4, 29, 10 (a. 244) conductionis. 4, 47, 2 pr. (a. 319) -a eorum fundorum comparatorum. CASSIOD. var. 8, 23, 3 -a ... patrimonii. al.

C -um est tempus vel quidlibet futurum, posterius (quilibet posterior sub 4), consequens (addidimus ea, quae in libro, oratione, serie numerorum sequuntur, e. g. p. 984, 74sq. 985, 12. 16. 31sq. 986, 25; arcuimus p. 974, 14. 975, 2); respicitur tempus sim.: 1) definitum ut pleni cuiusdam pars residua vel restans ad id plenum efficiendum (sc. p. 984, 11sq., aut plenum excedens l. 67; plenum indicatur per gen. partit. e. g. l. 70sq. p. 984, 2. 986, 21sq., praepos. p. 984, 8, intellegitur e. g. l. 65. p. 984, 24 [in fine seriei ut e. g. p. 985, 31. 39. 986, 35]. 985, 16. 56. 986, 9). 2) indefinitum vel quandolibet posterius (e. g. p. 984, 32. 39. 46. 985, 58sq.). adhibetur:

1 praedic.: **a** locut. quod -um est (si q. -um est l. 73, quidquid l. 67; praeparatur per pron. l. 64; deest copula l. 75): sine gen. (adde p. 986, 13; hucine p. 981, 23?): PLAVT. Cas. 858 (loq. matrona) numquam ... ullo die risi adaeque neque hoc, q. -om est, plus risuram opinor. CIC. Catil. 2, 27 (antea opp. adhuc) q. -um est, iam non possum oblivisci eqs. fam. 13, 54 (antea: quae tu ... fecisti) quare, q. -um est, a te peto ..., ut eqs.; al. in fam. HIER. epist. 10, 1, 2 (vertit psalm. 89, 10) quidquid -um est, sc. post annos vitae octoginta, labor et dolor (psalt. sec. Hebr. et quod amplius est, Vulg. et amplius eorum, Psalt. Rom. plurimum eorum; gr. τὸ πλεῖον αὐτῶν). pendet gen. partit.: CAECIL. com. 242 (loq. senex) ut aetatis q. -om est oblectem meae. MAT. Cic. fam. 11, 28, 8 q. -um est vitae, ... Rhodi degam (NEP. Timol. 3, 4. AVSON. 26, 125 [302, 55S.]. SIDON. epist. 4, 1, 5 si quod est v. -um). LIV. 22, 32, 1. 22, 51, 1 ut diei q. -um esset noctisque ... quietem ... sibi sumeret (26, 10, 10). PLIN. epist. 3, 5, 9 domi q. -um temporis, studiis reddebat (VVLG. I Petr. 4, 2 [cf. p. 986,

2 sq.]). VVLG. lev. 25, 52 annorum, sc. usque ad iubilaem. **b** cetera exempla: CIC. Att. 6, 4, 1 paucos dies habebam -os annui muneris (6, 5, 3. LEX Iul. munic. [CIL I² 593] 151 d. LX -ei erunt, antequam eqs. TAC. ann. 1, 65, 7 [in clade Variana] tot hominum milibus unum iam -um d. esse lamentabantur). CAES. Gall. 4, 20, 1 exigua parte aetatis -a (BELL. Afr. 18, 4. SALL. Iug. 97, 3 vix decuma p. die -ā). HIRT. Gall. 8, 39, 3 -am esse unam aetatem suae provinciae. LIV. 4, 41, 12 brevi -o vitae spatio. SEN. contr. 2, 3, 18 non multum -um est ex tringinta diebus (sc. tibi datis ad exorandum). FRONTO p. 194, 11 quantum ... est vitae tempus -um ad infamiam exuendam eqs. VET. LAT. gen. 45, 6 (cod. 100) secundus annus est famis ... et adhuc -i quinque anni erunt ([gr. λοιπά, Vulg. restant]. VVLG. lev. 27, 18 annorum, qui -i sunt, numerum usque ad iobeleum. cf. l. 1). al.

2 attrib.; pertinet ad subst.: **a** quo spatium temporale indicatur (quod intellegitur notione partit. vel indicatur per gen. partit. vel explic. e. g. l. 46. p. 983, 70. 985, 73. 986, 21, raro sub b et 3a): **α** exempla varia: PLAVT. Merc. 547 breve iam -om vitae spatium est: quin ego voluptate ... delectavero ([v. app. crit.]. APVL. met. 8, 9, 7 quoad residuis mensibus s. -um compleatur anni. HIER. epist. 34, 6 horarum noctis. cf. l. 7). TER. Hec. 490 ut -am vitam exigat cum eo (CIC. Quinct. 98 spem -ae v. [item Verr. II 5, 35]. dom. 126 pueritiae, ... adulescentiae, ... -ae v. p. red. in sen. 24 [antea p. 978, 59] exiguum -ae v. tempus. al.). CIC. Verr. II 1, 20 id sum adsecutus ..., ut primo die ..., ut alter dies ..., ut tertius dies ...; deinde -is diebus eqs. (item in fine seriei e. g. Phil. 1, 32 proximo, altero, tertio, denique -is consecutis d. CAES. civ. 1, 18, 6. ceterum: CIC. Planc. 99 -os omnis d. noctesque. al., e. g. VITR. 9, 2, 2 lunam (decimo quarto) die plenam ... mittere splendorem -osque d. decrescere. LEX Irnit. 9 C 22 per omnes -os eius anni d. TAC. ann. 12, 4, 3 -us praeturae Silani d.). Brut. 218 anno post et deinceps -is annis (Tusc. 1, 92 quasi ... quisquam ita nonaginta a. velit vivere, ut, cum sexaginta confecerit, -os dormiat. VARRO rust. 3, 2, 16. al., e. g. AVG. civ. 16, 43 p. 193, 23 Iacob et Ioseph mortuis per -os centum quadraginta quattuor a. ... illa gens crevit). al.

β tempus (plur. l. 37. 39): **①** usu vario: CIC. Quinct. 83 ut spem malefici praesentis in incerto -i t. eventu collocare (cf. -i t. spes: div. in Caec. 71. Flacc. 3 memoriam t. praeteritorum, salutem praesentium, spem -orum. Phil. 5, 41 CAES. Gall. 4, 16, 6). Verr. II 1, 30 mensis mihi tris cum eripuissetis ..., -um omne t. huius anni eqs. leg. agr. 2, 103 (antea: hodierno die) -is t. Att. 5, 21, 4 id statim verbis et -o t. re probabo. fam. 5, 4, 1 de -o t. auxilium petii (cf. p. 985, 42). al. LEP. Cic. fam. 10, 34^a, 2. BRVT. Cic. ad Brut. 24, 11 Cicero ... non modo -i t. gloriam eripuerit sibi, sed etiam eqs. LVCR. 1, 560 (disting. 558 ante acti t.). CAES. civ. 1, 33, 4 frustra diebus aliquot consumptis, ne -um t. amittat, ... proficiscitur. al. NEP. Them. 2, 1 non solum praesenti bello, sed etiam -o t. ferociorem reddidit civitatem. Hann. 2, 5. LIV. 22, 21, 1 quietum fore ... -um aestatis t. al. **②** in locut. notabilioribus (hic illic pertinet ad actionem non per se ipsam futuram, sed futurum aliquid efficientem): in -um t. (cf. l. 71. p. 985, 58): CIC. Verr. II 3, 128 in -um ... t. vectigalibus prospexi (ibid. iterum). leg. agr. 1, 13 in -um t. ... sancit, ut eqs. CAES. Gall. 1, 20, 6 monet, ut in -um t. omnes suspensiones vitet. al. LIV. 38, 6, 8 in -um ... t. ... segniores ... erant. RVT. LVP. 2, 3 ut in -um t. neque beneficio locum neque benivolentiae spem relinqueret. QVINT. decl. 333, 18. SVET. Iul. 14, 2 in -um anni t. curia abstinuit. MARCELL. med. 34, 24 in -um t. eo vitio carebis. al. acc. temp. -um t. (cf. l. 27. 31. p. 985, 73; abl. -o t. v. supra e. g. l. 39. 44): PLIN. nat. 2, 125 -um t. hiemal, sc. post dies alcyonides. per -um t. (cf. l. 28. 32. 71): LEX Malac. (CIL II 1964) 4, 15 (= Irnit. 7 B 11) per omne -om t. honoris sui. HEGES. 5, 44, 2 p. 394, 11 (cf. gr. 6, 306 τὸν μέχρη τοῦ πολέμου χρόνον).

b quodlibet (exempla selecta): CIC. Verr. II 1, 15 cum in praeritis rebus cognita, tum in -is (fam. 5, 11, 1 [in] -is tuis r. omnibus pari ac antea me studio erga te ... cognosces). 3, 219 negligite praeritita, si vultis; sed ne -as) spes turbetis ..., id providete, ne eqs. (i. eorum, quae futura sunt; sim. explices MAT. Cic. fam. 11, 28, 4 nisi et ante acta vita et -a mea s. ... probat eqs.). 5, 93 flamma ... navium et calamitatem acceptam et periculum -um nuntiabat. Sest. 73 me ... spe -ae tranquillitatis praesentis fluctus ... fugisse (leg. 2, 68 de ... -a post mortem t. bonorum). Phil. 2, 55 -ae partes tribunatus principi similes fuerunt (Att. 15, 26, 2 de ludis hactenus; -a p. epistulae Bruti eqs. [cf. LIV. 45, 4, 5 in -a p. litterarum]. fam. 7, 1, 1 matutina tempora, ... -as ... p. diei. al., e. g. CAES. civ. 3, 28, 6 -am noctis p. [opp. primo n. tempore]. LEX de flam. Narbon. [CIL XII 6038; saec. I²] 19 [per -am] p. eius anni. SVET. Vit. 7, 2 ut domum in -am p. anni ablocaret. cf. l. 5). Att. 4, 2, 6 quoniam acta quae sint habes, de -a nostra cogitatione cognosce. 4, 16, 3 primi de re publica libri sermo ...; -i libri τεχνολογίαν habent (antea: in iis l., quos laudas). 5, 14, 3 habes epistulam plenam festinationis ...; -ae subtiliores erunt (fam. 13, 6, 2. cf. [Spoth]

p. 984, 68 et Att. 7, 16, 1 *litteras redditae esse* primas praepostere, -as ordine, quo sunt missae). 15, 21, 1 *Antonium* placavi; et quidem *CCCC* *sesertia* certa, -a in spe (*sc. sunt; an ad 3?*). ad Q. fr. 1, 1, 43 non de -a et sperata gloria iam laborare, sed de parta dimicare. CAES. civ. 1, 24, 3 -is itineribus nonnullae cohortes in agmen Caesaris ... incidunt. VARRO rust. 1, 40, 2 primigenia semina dedit natura, -a *semina* invenit experientia coloni. 2, 4, 13 ex primo partu *suis*, quod non multum in -is *partubus* mutat. NEP. Cato 3, 4 (3 bellum Poenicum ... primum ... et secundum) *historias scribens* -a ... bella ... *capitulatim* persecutus est usque ad praeturam Servii Galbae. FLOR. epit. 4, 2, 90 hic aliquando finis armis fuit; -a pax incruenta. TERT. anim. 37, 3 decuriam (*i. denarium*) numerum ut exinde -orum *numerorum* parentem colunt (*respic. series numerorum* ut p. 986, 28). al.

3 neutr. pro subst.: **a plur.:** **α quaelibet exempla (paucis selecta):** CIC. Q. Rosc. 22 *principia eorum, quae in Roscium proferuntur*, sunt huius modi; spectemus -a. Manil. 47 ut praeterita meminisse, -a sperare videamur. har. resp. 50 (*antea: initia furoris Clodiani*) -a iam praecipitantis tribunatus. Phil. 13, 30 (*recitatis inde a 22 epist. Antoni partibus*) nunc -a attendite; 'victum Ciceronem ducem habuistis'. de orat. 2, 327 (*ad Ter. Andr. 51sq.*) quam longa est narratio! mores adolescentis ..., mors Chrysidis ..., -a ... narrantur. ad Q. fr. 2, 11, 5 -a singulorum dierum scribendis ad te. 3, 6, 1 praesidium ... petebamus ex ... benevolentia *Caesaris* ...; plura ponuntur in spe quam in pecuniis, (petimus *var. l.*); *α* ad iacturam struentur (re)serventur *var. l.*; *α* (qua relicta) -a *Shackleton Bailey praeter necess.*). NEP. Att. 19, 1 -a persequemur, *sc. vitae Attici*. SEN. dial. 5, 31, 3 age ... gratias pro his, quae accepisti; -a expectata et nondum plenum esse te gaude. PETRON. 10, 3 quae ... perempta ... sunt olim, perimentur ... et in -is. in -a (*cf. l. 58*): PS. QVINT. decl. 12, 6 p. 238, 1 adhuc ...; hactenus nostra mala tulimus; in -a legatus nos vicarios dedit.

b sing.: **α in locut. notabilioribus (pertinet ad actionem sive ipsam futuram, sequentem sim., e. g. l. 49. 63. 67, sive statum futurum effecturam sim., e. g. l. 53. 60. 64):** **①** de -o (*cf. p. 984, 40 et de cetero vol. III 975, 11sq.*; *aliter infra p. 988, 25*): CIC. Caecin. 103 de -o iam communem causam ... in vestra fide ... deponit. de orat. 1, 100 quoniam ..., ut omnino de iis rebus ... loquerere, adsecuti sumus, de -o iam nostra culpa fuerit, si te ... praemature dimiserimus. Att. 3, 9, 3 si quid erit novi allatum, sciam de -o quid agendum sit (*cf. 7, 10 de -o neque ... quid agam neque quid acturus sim scio*). PLIN. nat. 17, 74 *cupressis serendis* periculum eo tantum die est, si roravit ...; de -o tutae sunt perpetua securitate. COD. Theod. 14, 4, 1 de -o ... vacatione nulli penitus tribuendā. 14, 17, 7. INTERPR. cod. Theod. 2, 27, 1 ('de cetero vero sancimus') de -o ... decernimus. 3, 10, 1 ('nos enim ... prohibemus') nam de -o ... *id* prohibuit. ACT. Archel. 65, 1 de -o converti se debere ad salutem suadebant *sui*. CONC. 5 I 2 p. 54, 9 de -o ... homines non iam ... manent peccatores mortui (*item I 3 p. 68, 23. 122, 23; vers. altera II 3, 1 p. 204, 19 de cetero, gr. I 1, 2 p. 40, 3 λοιπόν*). PALLAD. hist. mon. I, 8, 2 p. 258^D (*opp. hucusque ... tantum; gr. p. 27, 17 ἀπὸ τοῦ νῦν*). 18, 28 p. 274^D *si vis evadere ... poenam, emendare de -o* (*gr. p. 54, 18 εἰς τὸ ἐξῆς*). BENED. reg. 43, 9). al. **②** in -um (*cf. l. 38. p. 984, 47; exempla selecta inde a LIV.*): PLANC. Cic. fam. 10, 7, 2 *peto, ut me rerum harum fructu in -um facias alacriorem* (SEN. contr. 2, 2, 11 in -um ... diligentiores facti sumus). SALL. Iug. 42, 4 nobilitas ... plus ... in -om sibi timoris quam potentiae addidit. LIV. 26, 32, 6 in -um curae senatui fore rem Syracusanam. 36, 10, 14 ad confirmandos in -um ... animos (S.C. Trebell. [dig. 36, 1, 1, 2]). 39, 18, 8 in -um deinde cautum est, ne eqs. (HEGES. 4, 10, 1 p. 258, 2). CIL IX 2845, 6 (*a. 14/1 a. Chr.*) ad componendum statum in -um provinciae Cypri. SEN. contr. 7, 4, 10 *ut in -um ... quaedam tardius laudarent*. SEN. clem. 1, 21, 1 *ultio* adfert ... in -um securitatem. PLIN. nat. 9, 182 fugituro in -um grege piscium quorundam. FRONTIN. aq. 130, 4 in -o(m) ... opto, ne eqs. (in -o(s) *Rodgers, Bull. Inst. Class. Stud. 30, 1983, 136, ut locus ad 4 pertineat*). HEGES. 5, 20, 1 p. 341, 15 in -um parandae expugnationis spes refrixit (*gr. 5, 472 πρὸς τὸ μέλλον*). VVLG. I reg. 16, 13 a die illa et in -um. al.

③ acc. temp. -um (cf. p. 984, 54 necnon p. 988, 41): *pendet gen. partit.*: LIV. 2, 64, 11 (*disting. 9 tertia fere vigilia*) -um noctis ... tranquilla omnia ... fuere (3, 15, 8 CVRT. 4, 13, 16). 7, 39, 9 -um diei ... decertant

(22, 59, 4. CVRT. 7, 9, 14 (ibi ... d.) -um substitit). 34, 22, 3 aestatis. SVET. Nero 34, 3 temporis. *sine gen.*: VET. LAT. I Petr. 4, 2 (Aug. fid. et op. 10, 15. al.) *ut -um in carne vivat* (*gr. τὸν ἐπιλοιπον ... χρόνον*, VVLG. v. p. 983, 75). DON. Ter. Andr. 25, 3 (*spectat ad p. 975, 28*) -um: quasi diceret 'postremum', - est ergo quasi adverbium - id est τὸ λοιπόν (*α* cf. in p. vol. X 2, 217, 5sq. *necnon Ter. Hec. 474* ecquid spei porro?). HIPPOCR. aer. 6, 3 (*antea disting. aestate ... matutinum*) -um ... sol occide(n)s ... constringit homines. **④ abl. temp. -o (cf. p. 984, 55):** SEN. nat. 4, 1, 2 (*antea disting. primis caloribus aestatis*) -o ... aestatis. TAC. ann. 14, 10, 1 noctis. HIL. in psalm. 126, 2 spiritualis reditus gloriam Israel -o reservari (*postea: usque ad ... dominici regni tempora*). **⑤** in -o (*cf. p. 985, 29*): VET. LAT. II Tim. 4, 8 (cod. 78. al., *sim. VVLG.*) in -o reposita est mihi corona iustitiae (*gr. λοιπόν*, AMBROSIAST. al. quod -um (est) [*ad Ia*], cod. 75. al. de cetero). HERM. Pal. sim. 6, 3, 6 (*antea: -os dies vitae*) in -o ... serviunt domino (*gr. λοιπόν*, vulg. *sim. in -um*). CONC. 5 II 3, 2 p. 177, 33 omnem in -o ... occasionem (*gr. II 1, 2 p. 156, 18 τοῦ λοιποῦ*). GREG. TVR. Franc. 7, 1 p. 327, 5 ut ipsi ..., qui captivos duxerant, et de praetio eorum ei concederet et in -o munerarent. **⑥** ex -o: HIL. c. Const. 3 usque nunc ..., ex -o.

β cetera exempla (acc. et abl. temporis relegavimus sub a, sc. l. 8. p. 985, 73): **① pendet gen. partit. (cf. l. 9sq. p. 985, 73):** CIC. Cato 72 illud breve vitae -um (LIV. 39, 13, 6. VET. LAT. Is. 38, 12 [cod. 330; 408 residuum, *Vulg. aliter*]. al.). LIV. 2, 25, 2 -um noctis ... quieti datum (*item fere 5, 47, 6*). DICT. 2, 45. al.). 3, 62, 5 diei (24, 14, 10. 25, 38, 23). 42, 13, 1 -um orationis adhortatio fuit: 'non ego haec' inquit '... adfero ad vos eqs.' al. *apud eundem*. **② sine gen.:** CIC. ad Brut. 18, 5 mihi ... quantum -i est? VARRO ling. 5, 169 (*de pecuniae signatae nominibus*) deinde, *sc. post dupondium*, ab numero -um dictum usque ad 'centussis' eqs. (*cf. p. 985, 12*).

4 masc. plur. pro subst., sc. de hominibus posterioribus (e coni. p. 985, 69): CIC. Flacc. 24 ne periculosam imitationem exempli -is in posterum proderetis (*ab frg. Mediol. ceteris in posterum. cf. vol. X 2, 203, 72sq.*). SVET. Aug. 2, 2 Gnaeus et deinceps ab eo -i omnes eqs. Nero 1, 2 primum secundumque ac tertium A(h)enobarborum ..., sequentis rursus tres ..., -os.

II respectu effectus relinquendi, subtrahendi, minuendi, pereundi evanido (non nisi attrib. vel pro subst.); respicitur quantitas: 1) *quodam modo definita, sc. quae restat ut pars pleni cuiusdam aliis distinctis (rarius de eis, quae restant ad plenum quoddam efficiendum, sc. p. 987, 13. 28) vel quae supra antea indicata affertur (sc. p. 988, 47; plenum intellegitur e notione partit. p. 987, 46; indicatur per gen. e. g. p. 988, 13sq. 74sq. 989, 71sq., locut. c. praepos. p. 989, 18. 75sq.).* 2) *indefinita, quae cum aliis in contextu allatis partem tantum pleni cuiusdam efficiat vel eis quantalibet plura, similia, alia sim. addat (nota attrib. iuxta -us alterum, sc. similibus l. 64. p. 987, 9. 988, 66. al. et maxime l. 71. p. 990, 10).* *gr. respondet (praeter p. 971, 17sq. allata) ἄλλος l. 74. p. 988, 63. 67. 990, 37 necnon p. 991, 58, ἔτερος p. 987, 16. 45 et Diosc. 3, 120 p. 427, 18 (13 polion est montuosus(m) e[st] alteru(m)) -u(m) vero poliu(m) (gr. 3, 110 τὸ δὲ ἔτερον); nota τὰ δὲ p. 988, 10. 65, δευτερος p. 991, 37.*

A exempla usum et contextus illustrantia; adhibetur: **1 attrib.:** **a notione non partit. (exempla selecta inde a CIC.):** **α de rebus:** CATO agr. capp. 31 oleas et -a semina cum seres ([28, 1 oleas, ulmos, ficos, poma ... cum seres]. VITR. 8, 3, 12. al.). CIC. inv. 2, 13 (*antea syn. cetera*) de -is *generibus causarum* dicemus (orat. 207 remotis ... -is g. unum selegimus hoc. rep. 2, 43. al. VARRO ling. 8, 6 ad illud genus, quod prius, historia opus est ...; ad -um g., quod posterius, ars. al.; *cf. p. 987, 34. 69. 990, 20*). Verr. II 2, 187 *ut in tabulis usque ad alterum R litterae nominis Verrucii constarent integrae, -ae omnes essent in litura* (SVET. Iul. 56, 6 quartam elementorum l. ... perinde -as. al.). Catil. 2, 26 -is ... de rebus constituendis, maturandis agendis (de orat. 2, 88 voce et forma ... et -is r. aptis ad hoc munus. al. PLANC. Cic. fam. 11, 13^a, 2. CAES. Gall. 7, 24, 4 picem -asque r., quibus ignis excitari potest, *de muro* fundebant. al. VITR. 2, 9, 13 quo *oleo* -ae r. cum sunt unctae, uti etiam libri eqs. 8, 3, 5 aurum argentum ferrum ... -aeque r. earum similes. al.). Sull. 73 quid -am (-ae *Richter*) constantiam vitae commemorare, dignitatem, liberalitatem, moderationem eqs. (*an ad b?*). Rab. Post. 44 hanc ... liberalitatem ... -is virtutibus omnibus antepono (de orat. 2, 150. fin. 5, 58 prudens, temperata, fortis, iusta ratio -aeque v. Tusc. 3, 17 [suppl. *Giusta*]. al.). top. 58 harum rerum exempla, ut -orum locorum, paulo ante posui (CAES. Gall. 6, 25, 5 HIRT. Gall. 8, 43, 2 BELL. Alex. 46, 3. VARRO ling. 5, 54 -a urbis l. VITR. 8, 3, 12 inter Terracinam et Fundos ... -isque l. pluribus). fin. 5, 35 frons, oculi, aures et -ae partes (ac. 1, 26 *ex quattuor elementis duo*, -ae p. ..., aquam dico et terram. Tim. 46 in terram, ... in lunam, ... in -as mundi p. [gr. 42^D τῶν ἄλλων]. et saepe, e. g. VARRO rust. 1, 19, 1 de -a, *sc. secunda*), p. instrumenti, quod semivocale appellavi [*cf. l. 17, 1 vocale et s. et mutum*]).

div. 1, 121 astrorum et ... avium -orumque signorum (2, 70. MANIL. 2, 734 [729 illi signo, quo Luna refulsit] haec -is tribuatur ... s. [locum secl. Bentley, v. e. g. Goold, ed. 1977, liiisq.]). off. 2, 11 equi, boves, -ae pecudes, apes (cf. p. 991, 45). CAES. Gall. 1, 38, 4 flumen ... paene totum oppidum cingit; -um spatium ... mons continet (item in descr. locorum: civ. 2, 1, 3 Massilia ... tribus ex ... partibus mari adluitur; -a quarta pars est ea, quae aditum habeat ab terra. cf. p. 988, 7. 989, 13. 991, 61). LIV. 5, 25, 3 ab horum principum senatus ... dignitatibus ... violandis dum abstinebatur, et ad -os similes conatus verecundia irae obstabat. VAL. MAX. 3, 6 pr. si -a eiusdem generis naufragia (i. degenerationem) consectabor. PLIN. nat. 23, 141 mespila exceptis setaniis ... -a adstringunt stomachum. TAC. ann. 15, 40, 2 quarum regionum quattuordecim Romae in incendio quattuor integrae manebant, tres solo tenus delectae, septem -is pauca tectorum vestigia supererant. BOETH. elench. soph. 171a27 non secundum dictionem apparentes elenchi, ut qui secundum accidens et -i (gr. οἶον οἱ παρὰ τὸ συνβεβηκὸς καὶ ἔτεροι). et saepe. β de animantibus eorumve coetibus: CIC. Verr. II 3, 66 audistis permulta ... testimonia civitatum et -arum audistis (CAES. Gall. 1, 10, 3. civ. 3, 12, 4 Byllidenses, Amantini et -ae finitimae c. totaque Epirus. al.). 5, 91 Cleomenes sese in terram e navi eiecerat ...; -i praefecti navium, cum in terram imperator exisset eqs. leg. agr. 2, 99 ut interea magistratus -os ... petere possetis (Sest. 34 nullus erat senatus, nihil -i m.: unus omnem omnium potestatem armis ... possidebat, sc. Clodius trib. plebis. leg. 3, 9 dictator magistrum equitum habeto pari iure cum eo, quicumque erit iuris disceptator; -i m. ne sunt. al.). leg. 3, 28 si ordines -i principis ordinis consilio rem publicam gubernari velint. Tusc. 1, 114 cui deo, sc. Apollini, -i dii concessissent, ut praeter ceteros divinaret (nat. deor. 1, 81 Iunonem, Minervam, ... Apollinem, -os d. al.). Att. 4, 16, 6 de Messalla patricio ..., Scaurum patricium ..., -i duo plebeii sic exaequantur, ut eqs. fam. 2, 16, 5 nihil accidet ei, sc. filio, separatim a -is civibus (CAES. civ. 2, 6, 1. al.). CAEL. Cic. Att. 10, 9^a, 2 (= fam. 8, 16, 2) si tibi tu, si filius unicus, si domus, si spes tuae, -ae tibi carae sunt (i. meton.). LIV. 1, 39, 5 cum regia coniunx inter -as captivas cognita esset. VITR. 5, 12, 7 meridiana regiones ... tineam, teredines -aque bestiarum nocentium genera procreant (PLIN. nat. 8, 104 ad -a ferarum g. redeamus. cf. 1, 11, 34 -a scarabaeorum generis). CIL IV 3529 quidam scribit unicus s(in)e reliqui(us) sodalib(us). PLIN. nat. 5, 105 conveniunt eo, sc. Cibyram, xxv civitates; ... -i in eo conventu, quos nominare non pigeat, Hydrelitae, Themisones, Hierapolitae (in re simili: 5, 106 ex hoc conventu deceat nominare Metropolitae, Dionysopolitae ..., -i ignobiles VIII). PS. QVINT. decl. 18, 3 p. 356, 2 mater natum ... impatientius complexa quam -i parentes. SVET. Iul. 52, 2 C. Matium et C. Oppium -osque Caesaris amicos. CE 1552A, 40 (a. 150/70) non dubito apud inferos gaudere parentem ... tuum -as et spernere turmas inferorum, quod sciat eqs. VET. LAT. act. 27, 1 (cod. 5. 51 et VVLG.) tradi Paulum cum -is custodiis (gr. καὶ τινὰς ἐτέροους δεσιώματας). al.

β notione partit., sc. non nisi sing. (de animantium coetu sim. e. g. l. 52. 54, de uno l. 70. 73. p. 988, 1; exempla selecta): CIC. Cael. 25 in -a vita ([opp. in hac causa]. Phil. 9, 10 -a Ser. Sulpici v. [sc. ante vel praeter legationem ei mortiferam]. fam. 15, 4, 13 [opp. in quo consulatu]. al. PS. CIC. in Sall. 10 qui mihi dies, sc. reditus ex exilio, si cum omni -a v. conferatur). Mil. 3 (antea: illa arma, centuriones, cohortes) -a ... multitudo, quae est ... est civium (Q. CIC. pet. 30 per eos principes -am m. facile tenebis. LIV. 1, 43, 8. al.; distingue p. 991, 48). Phil. 3, 31 armentorum -ique pecoris (PLIN. nat. 33, 135). 8, 15 in corpore si quid eius modi est, quod -o corpori noceat (nat. deor. 2, 108 [107 figura capitis atque ardor oculorum] -um ... c. Draconis. fam. 1, 9, 15 ut Apelles Veneris caput ... perfecit, -am partem corporis incohatam reliquit, sic quidam ... in capite meo solum elaborarunt, -um c. imperfectum ... reliquerunt. al.). orat. 143 domesticum tempus ..., forense ..., -um (CELS. 3, 16, 1 quotiens febris accessit et desiit ..., -o t. eqs. al.; aliter p. 984, 34 sqq.). Att. 2, 5, 1 cupio Alexandriam -amque Aegyptum visere. CAES. civ. 1, 8, 2 -o sermone confecto, cuius rei causa venerat, ... hoc demonstrat. VARRO ling. 5, 33 Gabinus ager ... ab -o agro discretus. rust. 1, 5, 4 de hominibus, per quos colendum, sc. de instrumento vocali, et de -o instrumento, sc. semivocali et mutuo (sim. 1, 18, 6. cf. p. 986, 74 sq. 991, 51). NEP. Them. 2, 8 arcem sacerdotibus ... tradunt, -um oppidum relinquunt. VITR. 9, 2, 4 luna, quod spectat ad solem, id habet lucidum -a obscura, (nom. fem. -a coni. Choisy, -a sunt o. Soubiran; -is [sc. abl. limit., cf. p. 989, 19], -us, -i o. codd.; vix scribas -is obscuris). PLIN. nat. 1, 10, 32 de palmipede -o genere (1, 10, 48 de -o aquaticarum g. al.). 10, 8 avis alis minimis, -ā magnitudine antecellens (nisi est acc. neutr., sc. limit. ut p. 989, 20; an -ā, ut per enallagen intellegas pro 'magnitudine -i', sc. corporis, coll. p. 991, 39 sqq.). PS. APVL. Ascl. 37 ibi iacet mundanus homo, id est corpus; -us enim vel potius totus ... remeavit in caelum. TERT. apol. 39, 17 si honesta causa est convivi, -um ordinem disciplinae de causa aestimate. PROB. Verg. ecl. 6,

74 sq. demutata est Scylla, tenus inguina ut canibus sex succincta, -a delphinus esset (an est acc. limit.?). et saepe.

2 pro subst.: a neutr. (de animalibus l. 13): α sing.:

① usu vario: ② quaelibet exempla: CIC. Verr. II 4, 36 compone hoc, quod postulo de argento, de -o videro. div. 2, 134 id vitellum ... ex ovo ..., -um, sc. album ovi. LIV. 44, 6, 16 dimidium loci occupat ostium ... amnis, partem planitiae ... oppidum tenet, -um perexiguam fossa ... claudi poterat. PERS. 5, 87 hoc -um, sc. quod dixisti, accipio, 'licet' illud ... tolle. AVIEN. Arat. 1201 Cephei -um polus altior ... versat (gr. 651 τὰ μὲν εἰς κεφαλὴν μάλα πάντα βάπτων ὠκεανοῖο, τὰ δ' οὐ θέμις ..., πόδας κτ.). SCHOL. Cic. Bob. p. 77, 5 '...' et -um (p. 135, 32 '...' hoc et -um de P. Clodio dicitur. al. ibid.; cf. plur. p. 989, 41 sqq.). LEX Burg. extr. 18, 1 quod vineae ... ab animalibus, porcis vel -o vastarentur. ③ pendet gen. partit. (poss. l. 22): TERT. nat. 1, 18, 1 (I, 17, 2 prima obstinatio est, qua eqs.) -um obstinationis eqs. AVIEN. Arat. 1217 -um Serpentis sideris (disting. 1220 primam ... spiram S.). VVLG. III reg. 11, 41 -um ... verborum Salomonis et omnia, quae fecit, ... scripta sunt in libro verborum Salomonis. COD. Theod. 9, 17, 6 ab his locis ..., ita ut a -o civitatis. INTERPR. cod. Theod. 3, 5, 2 -um legis istius explanar ([sim. abruptitur explic. : 3, 10, 1 -a pars legis istius]. Novell. Valent. 32). VEN. FORT. vita Germ. 45 feminae claudae et mancae pars erat tota de funere, ut viventibus oculis -um esset cadaveris.

④ in locut. notabilioribus (in litteris scribendis transitur ad rem aliam vel in fine tractandam [cf. vol. X 1, 2771, 11 sqq.]; difficile distinguitur notio usus p. 980, 73 sqq. illustrati): ⑤ a c. praepos., sc. de -o (arcuimus l. 5; cf. p. 985, 42): CIC. fam. 6, 20, 3 de -o, ut te saepe ... hortatus sum, ita velim tibi persuadere eqs. (sim. 12, 30, 7). 13, 55, 2 quam causam tu ... coram facilius ... cognosces; de -o mihi ... diu dubium fuit, quid ad te ... scriberem. 13, 78, 2 peto ... a te, ut ... recipias eum in tuam fidem ...; de -o, si ... dignum eum amicitia ... cognoveris, peto, ut eum ... in tuis habeas. CHART. lat. ant. X 428, 4 (saec. I² a. Chr.) de -o rogo (a) conserveis, ut eqs. (ibid. 7 de reliquo) domi omnia recte. v. Cugusi, 1992, ad l.). TERT. nat. 1, 12, 5 de -o integra est religio vobis integrae crucis ...; ignoratis autem eqs. SIDON. epist. 8, 11, 5 (4 amavi ... satis hominem) de -o, si orationes illius metiaris, ... si poemata eqs. ALC. AVIT. epist. 28 p. 58, 29 de -o autem, quia ..., definitio eqs. VEN. FORT. carm. 7, 12, 59 de -o nihil est, quodcumque videtur in orbe, nam eqs. vita Germ. 12 adeptus gradum curae pastoralis episcopus, de -o vero monachus persistebat. al. locut. pendet ex adi.: CASSIAN. inst. 1, 4 colobiis ... lineis induti, quae vix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de -o circumferunt. cf. p. 989, 24).

⑥ acc. adv. -um (gr. resp. τὸ λοιπὸν. cf. p. 985, 73): VET. LAT. Phil. 3, 1 (Ambrosiast.) -um, fratres mei, gaudete in domino eqs. (cod. 75. al. et Vulg. de cetero). 4, 8 (ibid.) -um, fratres, quaecumque sunt vera ..., haec cogitate (cod. 75. al. et Vulg. de cetero; explicat AMBROSIAST. in conclusionem eqs., v. p. 978, 69). BOETH. elench. soph. 175a12 utiles responsiones ... sunt ad philosophiam quidem propter duo: primum quidem, quoniam ...; secundo autem ad eas ... quaestiones ...; tertium vero et -um adhuc ad gloriam eqs. (gr. τρίτον δὲ καὶ τὸ λοιπὸν ἔτι).

β plur.: ① quolibet contextu; adhibetur: ② usu vario:

① quaelibet exempla (paucissima selecta): CIC. p. red. in sen. 27 ad haec ... ornamenta dignitatis meae -a ... addidistis: decrevistis, ne quis eqs. (sim. additur explic. : de orat. 1, 256 -a ..., historiam dico et prudentiam iuris eqs.; cf. l. 57. p. 986, 73). de orat. 2, 116 tabulae, testimonia, ... decreta, responsa, -a, si quae sunt. nat. deor. 1, 4 et fruges et -a, quae terra pariat. CAES. Gall. 3, 13, 7 ut classis nostra unā celeritate et pulsu remorum praestaret, -a ... illis navibus hostium essent aptiora. VARRO ling. 9, 57 non dicitur 'feminus ...'; sic -a. VITR. 4, 3, 6 -a omnia, tympana, simae, corronae. SEN. contr. 2, 2, 5 praeter illam quaestionem, an ..., -a ... tractionis sunt. MELA 1, 89 promunturium angustis ... cervicibus -a extendit in latius. TAC. ann. 15, 16, 3 quae ut augendae infamiae composita, sic -a non in obscuro habentur: uno die ... tot milium spatium emensum esse Paetum eqs. TERT. anim. 18, 1 (redditur versus Epicharmi) animus cernit ..., -a ... caeca sunt (gr. frg. B 12 Diels τὰλλα). IREN. 1, 14, 7 l. 168 insignis numerus utitur ... hoc opere ... ab eo facto: -a vero ministrant ... Enthymesin Matris (gr. κέχρηται μὲν ..., τὰ δὲ διακονεῖ). VLP. dig. 34, 2, 23, 2 togae, tunicae, pallioli ... -aque similia. BOETH. Porph. isag. p. 18, 8 quae differentiae erant generis ad -a (gr. πρὸς τὰ ἄλλα et item antea p. 18, 6 generis ad alia differentiae). et saepe.

② pendet attrib.: ③ gen.: qual. (cf. p. 989, 71): CIC. fin. 1, 12 nos ... ea scripta, sc. iuris consultorum, -aque eiusdem generis libenter legimus (PLIN. nat. 37, 19 in -is g. eius. cf. p. 986, 54 sqq. 987, 10). fat. 5 ut in -is eius modi (VLP. dig. 34, 2, 23, 2 et -a huiusmodi. al.; cf. p. 989, 53). PLIN. nat. 9, 164 locustae et -a tenuioris crustae. 19, 75 -a cartilaginum naturae. partit.: MELA 1, 15 Maeotida et Pontum, ... -a nostri maris (item de locis: 1, 22 Aethiopes et -a huius Africae occiden-

talis et totum latus *meridionale Africae* ... possident. *al.* PLIN. nat. 6, 218 Thraciae aversa, ... Illyrici -a. *cf. l. 12. p. 988, 59. 991, 53sq.* PLIN. nat. 2, 45 *lunam* solis fulgore ut -a siderum regi. 9, 158 polypii ..., -a mollium (*item de animalibus*: 11, 120. *cf. p. 988, 73*). PLIN. epist. 1, 3, 4 effinge aliquid ..., quod sit perpetuo tuum! nam -a rerum tuarum post te alium ... dominum sortientur; hoc solum eqs. *vet. lat.* II par. 32, 32 (cod. 109) -a verborum Ezeci(a)e [*gr. τὰ κατάλοιπα*, *vulg.* sermonum]. *iren.* 3, 12, 10. *al.*; *cf. p. 988, 16*). *al. poss.*: PLIN. nat. 2, 28 hinc redeamus ad -a naturae (11, 284). 4, 91 instituto ordine (*sc. inde a 75*) -a huius sinus dicantur; et maria quidem eius nuncupavimus. 10, 179 felium et ichneumonum -a ut canum, *sc. se habent*. ⑥ *praepos. vel adv.*: VARRO ling. 5, 130 mitra et -a fere in capite (PLIN. nat. 5, 148 -ā in ora). PLIN. nat. 2, 66 nec aliud habitatur in terris, quam quod illi *signifero* subiacet, -a a polis squalent (*sim. indicatur, unde -a incipiant*: 6, 63 -a inde ... a quodam peragrata sunt. *cf. p. 991, 53*). 11, 170 -a de iis *dentibus alibi* ... dicta sunt (18, 320 -a de vinis adfatim dicta sunt. *cf. l. 49. p. 988, 11. 991, 59*). 33, 94 *addere* -a circa hoc. PLIN. epist. 10, 70, 2 in peristyllo templum ... fieri, -a ex domo locari.

⑦ *in locut. notabilioribus (huc pertinet abl. limit. p. 987, 68, si recte trad.)*: ① *acc. limit.* -a (*sunt qui huc trahant p. 987, 70. 988, 1*): VITR. 3, 5, 7 quae *columnae* supra *tot pedes* erunt, (-a), habebunt ad eundem modum symmetrias, abacus autem eqs. () -as *Rode*, *ut locus ad p. 991, 33sq. pertineat; an est nom. plur. neutr.?*) IVL. VAL. 3, 10 l. 239 homines -a nudos, sed amictu simplici superiectos (IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 37, 2. *cf. supra p. 988, 40*). MART. CAP. 6, 581 *peplum Geometriae rebus caelestibus ornatum* -a ... illitum diversitatis numerorum, gnomonum stilis ... renidebat. ② *c. praepos.*: in -is: SEN. contr. 7, 2, 8 in -is, *sc. criminibus*, adeo bonam causam habet Popilius, ut detracto eo, quod patronum *Ciceronem* occidit, nihil negotii habiturus sit. CELS. 7, 14, 4 umorem quidem ... effundunt *medici* ...; in -is variae sententiae sunt. SEN. epist. 87, 6 idem in -is (*sc. praeter divitias sim.*) quoque facere debentis et excutere quantum proprii quisque habeat. PLIN. nat. 18, 87 (*antea*: cetera paria sunt) *siligines quaedam* in -is pares (*sc. siliginibus antea allatis*). 31, 72 ordiemur ..., ut in -is, a principalibus eqs. *al.* inter -a (*cf. p. 991, 62*): VELL. 2, 122, 1 quis non i. -a, quibus ..., hoc quoque miretur? SEN. epist. 99, 4 hoc habet i. -a mali dolor iste: eqs. 119, 15. PLIN. nat. 16, 24 hoc ... i. -a neglectae religionis est, quod eqs. *al.* de -is (*pendetne e nomine? cf. p. 988, 38*): HYG. astr. praef. 4 scripsimus in duodecim signorum ortu, quae de -is corpora exoriri et quae eodem tempore occidere viderentur.

③ *praeciduntur verba nota, quorum pars antea laudata est, per locut. et -a (-aque l. 44, -a solum l. 50, sing. v. p. 988, 11 [cf. p. 980, 37]; distingue usum p. 980, 26sq. 983, 53sq. illustratum)*: CIC. fin. 2, 106 'desine, Roma, tuos hostes' -aque praeclare 'nam tibi moenimenta mei perere labores' (*continuantur verba ut*: QUINT. inst. 9, 2, 34 '...') et -a, deinde 'exheres esto'. TERT. fug. 8, 4 postula et tu, *ut calix transeat* ..., sed subiungens et -a: 'verum non, quod ego volo eqs.' [*Matth. 26, 39*]). LABEO dig. 33, 4, 6, 1 vir sic legaverat: 'quanta pecunia dotis nomine' et -a. ASCON. Mil. p. 40, 27 '...' et -a de intercessione. QUINT. inst. 4, 2, 106. 9, 4, 124 '...', -a (et -a var. l.). GAIVS inst. 2, 174. *al.* TERT. adv. Iud. 9, 30 (*postea*: et cetera). AMM. 17, 4, 23 (*praeciduntur graeca ut*: SCHOL. Verg. Veron. ecl. 3, 30). HIST. AVG. Alex. 12, 1 et -a ex more. HIER. hom. Orig. in Luc. 22 p. 137, 8 et -a huiuscemodi. 37 p. 210, 7 scriptum est in Isaia '...' et -a usque ad eum locum, ubi ait '...'. PAVL. NOL. epist. 34, 3 p. 305, 17 et -a, quae nota sunt. *et saepe*.

④ *masc. (fem. l. 67. 69) plur.*: α *quaelibet exempla (paucissima selecta)*: CIC. Verr. II 5, 71 cum instituisset alios, quos non abduxerat, alio tempore producere, ... *Syracusanorum* nemo erat, quin ... -os non desideraret. PLANC. 14 hic ..., ille ..., -os ...; sunt omnes eqs. Phil. 2, 30 Brutorum, C. Cassi, Cn. Domiti, C. Treboni, -orum. 13, 2 exempli causa paucos nominavi; ... immanitatem ... ipsi cernitis -orum (*sim. in praeritione*: parad. 11 omitto -os. *cf. l. 65*). ac. 2, 5 sunt ... multi qui ..., plures qui ..., -i qui eqs. Att. 9, 1, 4 praeter hunc et C. Cassium -i sunt legati. fam. 7, 3, 2 extra *copiarum* ducem paucosque praeterea ... -i. 12, 2, 3 *tribus nominatis* -os ..., ignosce mihi, sed non numero consularis. CAEL. or. frg. Quint. inst. 4, 2, 123 *Antoni* praeclaras ... contubernales ab ... spondis transversas incubare et -as circum iacere passim. CAES. Gall. 6, 3, 4 (*antea*: concilio Galliae ... indicto) -i praeter Senones, Carnutes Treverosque. *et saepe. fem.*: PLIN. nat. 13, 35 (*de palmis*) illum marem ... -as maritare. 16, 145 *hederae* duo genera prima, ut -arum. β *pendet gen. partit. (qual. Cic.)*: CIC. div. 1, 6 Panaetio ...; -is eiusdem disciplinae. FRONTIN. strat. 3, 10, 1 *Cato* -is suorum summotis Suess(et)anos quosdam ... adgredi moenia iussit. TAC. ann. 15, 70, 2 coniuratorum. SVET. Tib. 36 Iudaeorum iuventutem ..., -os gentis eiusdem. *al.* γ *pendet praepos. partit.*: PS. SALL. rep. 2, 9, 4 (*opp. 3 M. Catonis*

ingenium) -i de factione eqs. (VET. LAT. apoc. 12, 17 [Primas. *al.* et VVLG.] cum -is de semine eius *mulieris* [*gr. μετὰ τῶν λοιπῶν, cod. 51 c.* ceteris seminis e.]. VVLG. I Esdr. 3, 8 Zorobabel ... et Iosue ... et -i de fratribus eorum eqs. [*gr. οἱ κατάλοιποι. al.*]). VVLG. II Esdr. 11, 20 -i ex Israel eqs.

β *de ratione intercedente inter voces q. s. -i et*: 1 alii: α *variant*: in enumeratione (a. *antecedit praeter l. 13; arcuimus p. 974, 56*): CIC. fam. 15, 4, 8 cum aliis Quintus frater ..., aliis C. Pomptinus ..., -is M. Anneius et L. Tullius ... praeesent. SVET. Otho 5, 2 primo quinque speculatoribus commissa res est, deinde decem aliis ...; per hos sollicitati -i nec adeo multi. TERT. nat. 2, 2, 14 (*antea*: trifariam deos d(i)videns) unam ... speciem ..., a. ..., -am. HIER. epist. 18A, 10, 3 (*explicit. Is. 6, 2*) ex his ... duodecim ... quattuor tantum iustos fuisse reges ...; -os vero propter peccata 'velare faciem' et alios, quia ..., 'pedum celare vestigia'. INTERPR. cod. Theod. 4, 4, 7 de -is *petitionibus (postea*: una petitio alias ... excludit). *al.* in contextu: VARRO rust. 2, 10, 2 maiorem natu ... quam alios et peritorem quam -os. PLIN. nat. 10, 16 (*de signis legionis; antea*: cum quattuor aliis) *aquila* sola in aciem portari coepta erat, -a in castris relinquebantur. BOETH. arithm. 1, 5, 2 l. 13 una pars ..., a. quoque ...; una ..., -a. β *iunguntur (cf. l. 36)*: VARRO rust. 1, 9, 3 de a. generibus -is. COD. Iust. 1, 27, 1, 36 primo, ... -is hominibus tribus, ... -is a. hominibus sex, ... -is a. hominibus decem (*sim. 1, 27, 1, 37sq.*). PHYSIOL. rec. Y 30, 12 p. 125 Moises et -i a. prophet(a)e (*gr. l. p. 66, 6sq. aliter*). CASSIOD. in psalm. 140, 5 l. 154 -ae vero a. quinque virgines (*sc. fatuae sec. Matth. 25, 11*).

2 ceteri (*cf. p. 970, 24sq.; ut syn. tractat VLP. dig. 50, 16, 160 'c.' et 'orum' appellatione*): α *variant in contextu, versione, retractione (sub I variant de cetero cum de -o p. 981, 27. 985, 51. 55. 986, 14)*: v. e. g. p. 986, 54. 987, 26. 989, 33. 51 et HIRT. Gall. 8 praef. 6 maior nostra quam -orum est admiratio; ceteri enim eqs. CELS. 5, 28, 11^e (*antea*: in inguinibus) in c. quoque partibus, si plaga exigua est, ... linamenta supervacua sunt; in -is *partibus* ... imponi debent. VET. LAT. II par. 13, 22 (Priscill. tract. 3, 65) -i sermones (*cod. 109* cetera verborum, VVLG. -a ... sermonum). Luc. 8, 10 (cod. 5) vobis ..., -is autem (cod. 3. *al. et Vulg.* ceteris). FIRM. math. 4, 19, 11 (*antea*: et c. stellas) de uno ..., etiam in -is. CHIRON 87 -is ... diebus (*inde Veg. mulom. 2, 23, 2 ceteris*). AVG. civ. 11, 5 p. 467, 22 (*antea*: ceteros). *al.* β *iunguntur (cf. l. 19)*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 9, 4 *indignis* cum -is c. (*Migne gr. 35, 945 μετὰ τῶν ἄλλων*).

appendix ad syntaxin et usus notabiliores spectans; adhibetur: 1 *praedic.*: α *locut. potiores*: α *iuxta verba*: esse (superesse p. 973, 56. 974, 1. 980, 42 et VAL. MAX. 5, 8, 4 COLVM. 5, 5, 17), *sc. forma 'id -um est' (copula subaud. vel suppl. l. 47. p. 975, 69. 977, 16. 978, 48. 980, 73)*: *passim inde a PLAVTO, e. g. p. 971, 28sq. 973, 75sq. 975, 68sq. 978, 47sq. (locut. [quod] -um est sim. p. 977, 16sq. 978, 72sq. 980, 73sq. 981, 38sq. 983, 61sq. al.)*; *ex locutionis subi. pendet gen. partit., sc. forma 'id rei alicuius -um est'*: v. p. 973, 26. 975, 28sq. 52. 977, 16sq. 978, 12sq. 75sq. et RHET. Her. 4, 1, 1 id quod -um est artis. SIL. 12, 291 (*ad militem*) quid -um prisci Martis tibi? *locut. aliter intellegit DON. p. 986, 4; cf. p. 982, 54.* facere, fieri (superfieri p. 971, 42), *sc. forma 'aliquis id -um facit'*: PLAVT. Bacch. 1098 p. 981, 61. Trin. 510 et inde a CIC., v. p. 971, 41. 974, 42. 975, 36. 977, 11sq. 979, 28. 980, 42. 45. 49 et PAVL. NOL. carm. 20, 219 SIDON. epist. 7, 5, 3; *ex locutionis obi. aut subi. pendet gen. partit., sc. forma 'aliquis id rei alicuius -um facit'*: v. p. 974, 44. 46. 49. habere, *sc. forma 'aliquis id -um habet'*: inde a CIC., v. p. 971, 46sq. 973, 40. 974, 42. 975, 39. 976, 16. 979, 32. 984, 2 et FRONTIN. strat. 3, 4, 1; *ex obi. pendet gen. partit., sc. forma 'aliquis id rei alicuius -um habet'*: v. p. 974, 50. 975, 39; *cf. p. 982, 52.* varia: existere DICT. 4, 8, exstare p. 976, 61 (e *subi. pendet ex*), manere p. 975, 34. 977, 1 (e *locutionis subi. pendet ex*; *cf. de p. 983, 19*), relinquere p. 976, 39. 978, 74 (*cf. p. 991, 18*), remanere p. 981, 70 et BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 21 p. 65, 2 (*cf. p. 982, 56sq.*), residere p. 975, 41 (e *locutionis subi. pendet gen. partit.* p. 975, 40) et fort. p. 976, 57 (*cf. p. 982, 59*), restare p. 974, 1. 975, 38. β *in acc. dupl. vel abl. absol.*: v. p. 975, 34. 70sq. 979, 31.

β *quid -um sit vel reddatur, indicatur fere per subst. vel pron., sed iuxta locut. -um est etiam per enunt. secund. c. ut (ne) p. 974, 21. 979, 5. 981, 7. 41 (iuxta -um facere p. 974, 43; sine coniunctione p. 979, 15), inf. p. 974, 22. 979, 19. 981, 50, or. rectam p. 974, 38; brevitate quadam per praepos. de p. 981, 29, enunt. secund. interrog. p. 981, 33.*

c *cui quid -um sit, indicat dat. personae praecipue sub IA et B, e. g. p. 971, 58. 973, 73. 978, 46, fere ad praedic. pertinens (sed pendet ex ipso adi. CIC. rep. 2, 51 in -a nobis oratione. fam. 10, 3, 2 omnem tibi -ae vitae dignitatem).*

d *iuxta ponitur: alterum praedic. (v. etiam p. 976, 68. 977, 8)*: PLAVT. Trin. 510 is *ager solus* superfit ... -os (VARRO rust. 3, 1, 5 PLIN. nat. 3, 110. 130 TAC. ann. 13, 44, 2. *al.*). TER. Hec. 570 (*nisi attrib.*) hoc mi unum ex plurimis miseris -om fuerat malum (CIC. Cluent. 22 LIV. 25

16, 17 TAC. ann. 12, 14, 2). omnis (raro antepositus; cf. PLIN. nat. 16, 5 totam -am Germaniam): *passim inde a CIC.*

2 pro subst. a neutr.: **a** *quolibet usu adhibetur:*
1 *sing.:* **A** *exempla varia: inde a PLAVTO, e. g. p. 973, 49sq. 975, 18sq. 979, 73sq. 982, 14sq. 985, 40sq. 988, 3sq. (pendet gen. partit. e. g. p. 973, 56. 975, 19. 976, 25. 979, 74sq. 982, 26. 986, 21sq. 988, 14. gen. explic. p. 973, 59. 982, 22sq.).* **B** *gen. partit. -i ponitur praedic. iuxta verba quaedam (nisi pendet e pron. semper pro subi. vel obi. posito; cf. Hofmann-Szantyr 59. 71sq., Pinkster, Oxf. Lat. Synt. I 777sq.; fere in enunt. negatis sim.):* -i esse, sc. forma 'id -i est': v. p. 971, 51sq. 973, 52. 975, 9sq. 979, 64sq. 981, 16. 986, 27 et CIC. fin. 1, 30; locutionis subi. est enunt. secund. c. quin p. 979, 65, ut p. 975, 11. 15 et fort. p. 980, 1. -i facere, fieri, sc. forma 'aliquis id -i facit': v. p. 971, 57sq. 973, 54. 975, 5sq. 979, 69sq.; locutionis obi. est enunt. secund. c. ut p. 975, 6, quominus p. 979, 71; ex locutionis obi. pron. neutr. pendet gen. plur. partit. IVLIAN. epit. in psalm. 51, 4 novacula nihil pilorum ... -i facit. -i habere, sc. forma 'aliquis id -i habet': v. p. 971, 56sq. 975, 16sq. (falso trad. -i p. 975, 39). -i relinquere: v. p. 971, 63. **C** *gen. partit. -i pendet e pron. neutr.:* v. p. 971, 64. 70. 980, 1.

1 *plur.:* *inde a PLAVTO, v. p. 972, 7. 973, 60. 980, 3. 30. 982, 30. 985, 14 (pendet gen. partit. p. 975, 25. 980, 17sq. 985, 17. 29, aliud p. 989, 11).*

1 *in locut.:* **c** *praepos. (quae ex adi. vel subst. pendet p. 976, 42. 988, 38 et fort. p. 989, 38):* de -o p. 985, 42. 988, 25, de -is p. 989, 38; ex -is p. 983, 20, ex -o p. 986, 18; in -is p. 982, 50. 985, 29. 989, 27, in -o p. 986, 11; in -a p. 985, 38, in -um p. 985, 58; inter -a p. 989, 35. *acc. temp. p. 985, 73. 988, 41; abl. temp. p. 986, 8.*

b *masc. (non nisi plur.):* *inde a CIC., v. p. 975, 71. 980, 30. 986, 30. 989, 56 (pendet gen. partit. e. g. p. 978, 21sq.).*

c *fem.:* v. p. 982, 61. 989, 56.

3 attrib.: *inde a TER., saepe notione partit. (v. Vaughan, Latin Adj. with Partitive Meaning, 1942, 18. 38sq. 56sq., Pinkster, Oxf. Lat. Synt. I 1048sq.), sc. cum subst. sing., e. g. l. 51. p. 973, 21. 41. 976, 37sq. 987, 46. per hypallagen adi. explicandum vid.: PLIN. nat. 7, 58 Augustus in -a exemplorum raritate. 9, 150 in quibus spongiis magnae sunt fistulae et -a densitas spissa (i. -ae, sc. partis sim.; cf. Arist. hist. anim. 549a5sq. τὸ δ'ἄλλο πικρόν ἐστι πάν). AVIEN. Arat. 1211 -ae ... sarta Coronae ... surgunt (gr. 660 δεύτερα κύκλα, cf. Cic. Arat. 448 pars exorta Coronaest altera). ceterum v. p. 984, 62sq. necnon l. 54sq. p. 974, 74. 986, 64. 987, 70. 989, 22. per contractionem aut pleonasmum quandam iungitur vel disting. quoddam diversum (constitutum per gen. l. 49, locut. c. praepos. l. 53. 59) aut species alia satis per attrib. definita (e. g. l. 50sq.); usum explicat e. g. Löfstedt, Synt. II 188sq. afferens exempla vocum q. s. alius et ceterus et graeca [cf. Kühner-Stegmann II 1, 65]; attulimus certiora, huc fort. pertinet p. 975, 54. 977, 44. 987, 71sq.): CIC. off. 1, 105 quantum natura hominis pecudibus -isque beluis antecedit. fam. 1, 9, 12 Plato scripsit, quales in re publica principes essent, tales -os solere esse civis. CAES. Gall. 1, 5, 2 Helvetii oppida sua omnia ..., vicus tot ..., -a privata aedificia incendunt. 4, 14, 5 qui ... arma capere potuerunt, ... nostris resisterunt ...; -a multitudo puerorum mulierumque. VARRO ling. 8, 6 servorum nomina recto casu accepto in -os casus obliquos declinant. rust. 1, 22, 1 (respic. p. 986, 74sq.; notione partit.) de -o instrumento muto (cf. p. 987, 64). PETRON. 38, 6 tanta est animi beatitudo Trimalchionis; -os autem collibertos eius cave contemnas. PLIN. nat. 2, 31 relicto mundi ipsius corpore -a inter caelum terrasque tractentur. 8, 62 pantherae occultato eo, sc. capite torvo, -a dulcedine odoris, invitatas corripuit quadrupes (an ponitur pro 'dulcedine -i', sc. corporis, ut locus ad l. 35 pertineat?). VET. LAT. II Macc. 12, 21 (recc. L, X, V) Timotheus praemisit mulieres et filios et -um apparatus (recc. B, M cetera impedimenta, P residuum a.; gr. τὴν ἄλλην ἀποσκευήν). HIST. AVG. Maximin. 29, 10 haec de puero sciri ... decuit; -a qui volet nosse de rebus Veneriis, legat id. SVLP. SEV. Mart. 10, 4 locus ex uno ... latere ... montis ... rupe ambiebatur, -am planitiem ... fluvius ... clauserat. INSCR. Bulg. Bešeliev 3, 2 (a. 580) inter -as (a)edes ... civitatis hunc aquiductum renovavit.*

deriv.: reliquarium, 2. reliquatio, reliquiae, 1. reliquo(r).

rele-, relli- v. rele-, reli-.

relocatio, -ōnis f. a relocare. *i. q. actio relocandi, in locum priorem ponendi:* CAEL. AVR. gyn. 2, 121 (antea: cum recens fuerit casus matricis) -e facta implendus sinus muliebris spongiā eqs.; *ibid.* correctā -e (utroque loco resp. gr. καταστολή p. 150, 10. 16).

reloco, -āvī, -ātum, -āre. *a re- et locare.* NOT. Tir. 37, 92 -at. [restit. pro recolare p. 992, 17, revocare p. 992, 3. 15. 19. 21; in falsa var. l. pro relegare ARATOR act. 2, 1187.]

i. q. iterum vel rursus locare; praeverbium indicat: **1** *iterationem:* **a** *usu tecnico respicitur locatio, conductio:* fundi: IAVOL. dig. 19, 2, 51 pr. ea lege fundum locavi, ut, si non ex lege coleretur, -are eum mihi liceret. LEX Hadr. (Inscr. Année Épigr. 2001 n. 2083) e lege

relocan(...) (loco lacunoso; antea: in centuriis elocatis; a conductoribus). HYG. grom. p. 80, 25 siquid superfuit, quod veteranis non assignaretur, reservatum aut redditum -tumve est homini cuiquam coloniae (revoc-codd.). *operis:* VLP. dig. 19, 2, 13, 10 si lege operis locandi comprehensum esset, ut, si ad diem effectum non esset, -are id liceret, non alias prior conductor ex locato tenebitur, quam si eadem lege -tum (loc-var. l.) esset; nec ante -ari id potest, quam dies efficiendi praerisisset. ANON. hist. Hadr. 8, 11 (4sq. Hadrianum redonasse nobis redivisus ... fluminis, i. vectigalia) legatus improbus hastā positā -ari iussit et fisco redigi. **b** *respicitur collocatio:* ANTH. 100, 4 haec saxa e templo avulsa sunt murorum mox -anda minis.

2 motum in priorem locum (praeter l. 16 e coni.): AVG. quaest. Dulc. 7, 3 viduam ... juvenis rapuit, ut haberet uxorem; ... territus somnio ... episcopo eam ... requirenti -vit intactam (Meister, Wien. Stud. 59, 1941, 150, revoc-codd. et edd.). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 75 post accessionem epilepsiae linguam ... -are curabimus atque mentum corrigere (cf. 2, 1, 28 si articuli fuerit eiectione ..., eum -amus [recol- trad.]). DRAC. Romul. 10, 237 (224 laxavit dextera Medae ferrum) gladium dextrae -bat inerti impia ... anus (Baehrens, revoc-codd. et fere edd.). CASSIOD. hist. 1, 10, 5 episcopus invitavit petentes, ut, quantum opus haberent, e cubiculo tollerent et denuo -rent, quantum se noverant abstulisse (revoc-codd.; gr. Sozom. 1, 11, 6 ἀποδιδοῦναι. postea: reponere).

deriv.: relocatio.

reloquor, -ī. *a re- et loqui (cf. VARRO l. 27).* NOT. Tir. 26, 15^a -itur. [falso cod. ante corr. PS. PACIAN. sim. carn. p. 127, 5 (eloquamur corr., cf. Morin, Rev. Bénéd. 30, 1913, 288).]

1 *i. q. respondendo loqui:* VARRO ling. 6, 57 hinc, sc. a 'loqui', dicuntur eloqui[um] ac -i in fanis Sabinis, e cella dei qui [e]loquuntur (reliqui codd.; an latet adi. q. e. reloquus?). SEDVL. op. pasch. 5, 1 p. 274, 11 (respic. Ioh. 12, 28) non angelus ... generavit ... Christum, cui clamanti ... ad patrem ... respondisset ut pater, sed ab ore dei ... -ens vox processit.

2 *i. q. iterum loqui (ubique iterum abundanter accedente; alternant fere loquentes, sed modi locutionis l. 38):* CASSIOD. in psalm. 2 l. 367 psalmista ante domini verba praedicavit, i. post eius dicta -itur. 49, 1 l. 25 in prima sectione ... synagoga loquitur ...; sequenti vero parte ... loquitur Christus ...; tertia sectione i. ... synagoga -itur. 85, 1 l. 48 per totum psalmum orat ... Christus, in prima sectione dicens illud ...; secunda pro membris suis ... deprecatur; tertia ex sua i. persona -itur. et quinques in eodem opere.

?reloquus, -a, -um v. l. 29.

betat **relta** eqs. VEG. mulom. 4, 27. vox obscura vel corrupta in carmine magico (loco interpol. sec. Önnorfors, ANRW II 37, 1 p. 201 n. 97).

relubiēs v. reluvies.

Spoth.

reluceo, -xī, -ēre. *a re- et lucere.* NOT. Tir. 72, 53^a -xit.

formas stirpis perf. non sub relucesco sed hic attulimus, quia vim ingressivam difficile distinguitur (apparere vid. autem e. g. l. 68. 69. 74. p. 993, 24).

GLOSS.¹ I Ansil. RE 919 -ent: resplendent. *legitur inde a VARRONE, CIC. Arat., VERG., OV., LIV. [confunditur in codd. maxime c. lucere l. 67. p. 993, 40. 994, 9 et PS. PHILO antiq. 25, 11 (cf. p. 993, 21. 26. 994, 1), ceterum c. reducere p. 993, 41. 44 (olim legebatur VAL. MAX. 9, 15, 5), refulgere p. 994, 10, relucescere p. 993, 27 (cf. p. 994, 39); e coni. dub. p. 995, 60; vix huc pertinet PS. AVG. p. 998, 2.]*

fere i. q. lucere, lucem remittere (repercutiendo e. g. p. 993, 33sq. 58. 994, 4 [nota p. 993, 8], in statum priorem redeundo e. g. l. 69. 75. p. 994, 1, sed saepius vis praeverbii evanuit): **I** *usu personali q. d.:* **A** *proprie -ent, quae visu sim. percipiuntur:* **1** *res (per alias res p. 993, 19. 47; pro subi. est enunt. secund. p. 993, 33):* **a** *caelestes vel ad lucem diei vel noctis pertinentes (cf. p. 993, 39. 46):* VARRO Men. 400 (ad lunam) nobilis omnibus -es. CIC. Arat. 9 Trianguli pars ... stellis longe densis praecleara -et (gr. aliter). 219 fulgens Creterra -et. fig. 9, 1 huic Draconi ... caput ornans stella -et ([gr. 55 κεφαλή ἐπιλάμπεται]). VET. LAT. Bar. 3, 35 [cod. 133] s. -xerunt cum laetitia ei, qui fecit eas [gr. ἐλαμψαν, Vulg. luserunt]). OV. met. 14, 769 solis imago evicit nubes nullaque obstante -xit (cf. MART. CAP. 8, 869 [de eclipsi] partibus terrae sole, qua non tegitur, -ente). GERM. 389 e quibus sideribus una magis ... flamma -et (gr. aliter).

SEN. dial. 1, 1, 2 tantum clarissimum luminum, i. stellarum, et ex disposito -entium (dispositore luc- var. l.). nat. 1, 15, 3 fulgores extinguuntur subinde, qua -xerant. PETRON. 127, 5 toto mihi caelo clarius nescio quid -ente. TAC. hist. 4, 81, 3 sanato caeco -xit dies. CLAUD. 8, 189 -xit divi sidus avi, i. Theodosii.

b *variae, quae luce splendent, fulgent, clarae sunt (sive lumen emitendo sive remittendo):* **a** *flammae, ignes sim. (nitor p. 993, 5, color p. 993, 5):* VERG. georg. 4, 385 ter flamma ad summum tecti subiecta -xit (al., v. vol. VI 1, 868, 78sq., e. g. OV. met. 7, 77 [in imag.] extincta ... f. -xit, sc. amor Medae. addas LIV. 30, 6, 1. 5). SEN. dial. 2, 6, 5 incendiis

undique -entibus flammis ... fugi (PLIN. epist. 6, 16, 13). epist. 91, 11 vasta vis ignium colles, per quos -bat, erosit. GELL. 17, 10, 18 (*ad Verg. Aen.* 3, 573) nisi si 'candenti' dixit ... inproprie pro ferventi 'favilla', non pro ignea et -enti. APVL. met. 4, 2, 2 cuius *luci* inter opaca secreta ... regius nitor *rosae* -bat. CASSIOD. in psalm. 118, 127 l. 2345 *lapidis topazii colorem* aetherea claritate -entem. **β loca, aedificia:** VERG. Aen. 2, 312 Si-gea igni freta lata -ent (*explicit* CLAVD. DON. Aen. 2, 750 p. 249, 23 *freta* radiata ... incendii lumine -bant, hoc est splendore suo accepto per flammam reddebant aliud lumen). OV. met. 11, 617 vestis *Iridis intrantis* fulgore -xit sacra domus. MANIL. 4, 672 gemmis ... -et pontus *Asiae* (*sim. auro:* PLIN. paneg. 52, 3 *templi* tota ... area hinc a., hinc argento -bat. PS. CYPR. spect. 9, 3). SEN. Phaedr. 411 (*de luna*) cuius *sideris* -et mundus alterna vice, (face var. l.; *item de mundo:* APVL. mund. 30 p. 357 *machinam mundi* ... claram et sideribus -entem. cf. p. 992, 68). dial. 3, 2, 1 ingentia spatia regionum hostili flamma -entia (*sim. de locis ardentibus:* AMM. 31, 12, 13 -ente amplitudine camporum incendiiis). SIL. 6, 606 quo *fulmine* tota -xit Maeonidum tellus. **γ gemmae, metalla sim. (cf. l. 10sq.):** PLIN. nat. 34, 140 artifex ... aes ferrumque miscuit, ut robignie eius *ferri* per nitorem aeris -ente *eqs.* (-entem var. l.). 37, 98 centrosas *gemmas cognoscunt* ... pusulis argenti modo -entibus. APVL. met. 10, 1, 2 scutum ... longius -ens (longiorē lucens *trad.*, longe praelucens *Helm*). PRVD. psych. 836 *gemma* -enti limen complectitur arcu. **δ quaelibet:** *ardentes* (cf. p. 994, 11): SEN. Ag. 181 -entes rogi. VAL. FL. 3, 115 subitus ventis vivoque -xit torre focus. ORIBAS. syn. 8, 51, 1 Aa p. 259 (*de cura strabonum*) lucerna in contraria parte ponatur et non ex latere -at (*La* luceat, *gr. παραφαίνοντος*). GREG. Tyr. Franc. 2, 7 p. 49, 9 -entibus (*relucisc-* var. l.) per tota aedis spatia lychinis. *vario modo lucentes* (*addas l. 41*): PLIN. nat. 16, 33 *agaricum* fungus ... nocte -ens. PLIN. epist. 8, 8, 2 fons ... patescit purus et vitreus, ut numerare ... -entis calculos possis. PRVD. perist. 12, 40 in *baptisterio* omnicolor ... pictura superne tinguit undas, musci -ent *eqs.*

c imagines reperussae rerum (cf. l. 58): AVG. soliloq. 2, 10, 18 de speculis quaeque -entia. MART. CAP. 1, 68 in hac *sphaera*, quid cuncti ... agitent, ... *quodam* speculo -bat.

2 animantes eorumve partes corporis (lucida ferentes l. 37, decus l. 39): VARRO ling. 7, 40 arbitror potius Lucas *elephantos* ab luce, quod longe -bant propter inauratos ... clupeos, quibus eorum ... ornatae erant turrets. VERG. Aen. 12, 300 olli ingens barba, *sc. accensa*, -xit. SEN. Herc. O. 237 -xit paelicis captae decus et fulsit Iole, qualis innubis dies *vel* ... sidus micat. Phaedr. 1041 oculi ... -ent (luc- var. l.) caerula insignes nota (PHYSIOGN. 21 o. qui tamquam guttulae liquoris nitidi -ent [reducent var. l.; *gr. I p. 305, 17 φαίνουσι*]. 103 o. pinguibus -entibus [*gr. I p. 420, 1 στίλβον*]. cf. SIL. 4, 539 [*ad hostem luscum*] *perdas*, quicquid ... truncata fronte -et [reducent var. l.]). PLIN. nat. 9, 82 v. vol. VII 2, 1701, 48. APVL. met. 6, 28, 6 (*Charite ad asinum*) bullis ... te multis aureis inoculatum, veluti stellis sideris -entem, ... saginabo. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 104 humida inflatio ventris ... -ente liquore per cutem albedo colore.

B translate vel in imag. -ent, quae potius mente apprehenduntur, sc.: **1 quae liquent, patent, manifesta sunt; pro subi. est:** **a subst. vel pron. (accedit praedic. l. 55sq., enunt. secund. l. 53):** GRAT. 7 hinc, *sc. a Ratione*, omne auxilium vitae rectusque -xit ordo. TERT. anim. 7, 1 quibus, *sc. Christianis*, corporalitas animae in ipso euangelio -bit. adv. Hermog. 42, 1 dispersisti omnia *argumenta*, ne de proximo, quam contraria sibi sint, -rent. adv. Marc. 3, 3, 4 ut *Christus Marcionis* aemulus Christi per omnes diversitatum species -ret (*item accedit praedic.*: 5, 10, 8 *hoc falsum* -et). resurr. 52, 2 hoc ... iam de exemplo ... constat ... et ita sequentia -bunt. HIL. in psalm. 134, 6 in quibus *rebus gestis* futuri species tamquam in speculo -ret. ANIAN. Chrysost. hom. 6, 4 p. 1036ⁱⁿ *deus Pauli* fecit obedientiam -ere (*gr. p. 67^{med.} δὴλῆν ἐποίησε*). IVLIAN. in psalm. 13, 7 l. 212 *quo exemplo* possit clarius id, quod dicimus, -ere. *al.*

b struct. verbalis (e contextu subaud. l. 62; praeparatur per pron. l. 63): TERT. adv. Marc. 2, 24, 8 quis ... erit mos paenitentiae divinae? iam -et, si *eqs.* 4, 33, 4 illud ... -bit, quomodo dictum sit *eqs.* (IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 49, 2 q. se deus iudicaturum promittat, -et). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 65 -bat ... generationem non fuisse vitiatam (*acc. c. inf. ut:* 4, 76, 1. 6, 16, 3 multo manifestissime).

2 quae clara, pulchra sim. sunt: **a deus eiusve maiestas sim.:** TERT. adv. Marc. 2, 20, 1 quae, *sc. verba*, -entem bonitatem creatoris infuscent. VET. LAT. II Cor. 4, 6 (Tert. adv. Marc. 5, 11, 11) deus ... -xit in cordibus nostris ad inluminatorem agnitionis (gloriae) suae in persona Christi (*gr. ἐλαμψεν, Vulg. illuxit*). PASS. Mar. Iac. 9, 2 per gratiam proximae passionis Christus in eius, *sc. martyris*, ore et facie -bat. *al.*

b homines eorumve mentes, virtutes sim.: TERT. adv. Marc. 4, 29, 6 lucernas ardentes habere (*Luc. 12, 35*), id est mentes a fide accensas et operibus veritatis -entes. EVAGR. vita Anton. 82, 12 l. 43 *fideles* solito

videbitis fulgore -entes (*trad.*, luc- *ed. Bertrand, 2018; gr. ἀναλάμψει*). PASS. Saturn. Dat. 17, 2 Victoria, ... in qua naturae bonum candida pudicitia -bat (*in muliere -et virtus sim. ut:* Marcian. 2, 2 fulgebant in ea ... devotio et ... castitatis tamquam in speculo -bat). CASSIOD. in psalm. 100, 6 l. 175 *fideles* sua vita clarescere et ministrorum conversatione -ere. 135, 9 l. 163 ut ... caliginosa -ant corda mortalium. *al. cognatus -et similitudine in cognato:* CLAVD. 8, 207 (*de Dioscuris*) in utroque -et frater, utroque soror (*i. Helena*). **c res:** HYMN. Ambros. 4, 20 F. nox fide -at (luc- var. l.). CLAVD. 24, 64 his ... cunctis, *sc. plebi et matribus*, inopina -xit te, *Stilicho*, victore salus (refulsit var. l.). CASSIOD. in psalm. 61 l. 276 in hoc psalmo sententiarum lumina quasi quasdam -ere candelas (*postea: lampat fides*). *al.*

II usu impersonali q. d.: PLIN. epist. 6, 20, 16 paulum -xit; quod non dies nobis, sed adventantis ignis indicium videbatur.

appendicula structurarum; accedit: *abl. causae vel instr. e. g. auro p. 993, 11sq.*, flamma p. 993, 15, fulgore l. l. p. 993, 9, fulmine p. 993, 16, gemmis p. 993, 10, igni p. 993, 7, lumine p. 993, 8. *praedic.* fulgens p. 992, 60, praeclarus p. 992, 60. *adv. e. g. longe p. 992, 59. 993, 37 (longius p. 993, 21), manifestissime p. 993, 66. dat. e. g. l. 9. p. 992, 59. 993, 52.*

part. praes. relucēns, -entis *vergit in usum adi. e. g. p. 993, 4. 14 (neutr. plur. pro subst. p. 993, 33).*

deriv.: cf. *relucesco*.

relucēscō, -ere. *a re- et lucescere (nisi a relucere). formas stirpis perf. traximus ad reluceo (v. p. 992, 45). GLOSS.¹ I Ansil. RE 920 -it: respndent. [confunditur c. relucere l. 39, cf. p. 993, 27.]*

i. q. lucidum fieri vel esse (vis incohativa evanuit maxime l. 32. 39; accedit adv. iterum l. 40): **1 proprie:** VET. LAT. IV Esdr. 5, 4 -et subito sol noctu et luna interdixit (*ceterum de luna:* MART. CAP. 8, 862 superne qua solem spectat, pleno lumine -it [*sim. 8, 870*]). PS. CYPR. laud. mart. 13 per interaperta nubium ... fulmina -unt. CASSIOD. var. 12, 4, 6 vinum lacteo poculo -it. **2 translate vel in imag. -unt:** *quae perspicua, palam sim. fiunt (pro subi. est acc. c. inf. l. 34):* ANIAN. Chrysost. hom. 16, 5 p. 79, 14 per quae *argumenta* manifestissime undique -it non ideo veterem legem desisse *eqs.* (*Migne gr. 57, 244^{ex} δὴλον*). AGNELL. in Galen. puls. 5, 12 non in ea(s) *arterias* sic -it vitalis spiritus (*cf. 5, 16 relucet*). *pulchra, honesta sim.:* PS. PAVL. NOL. epist. app. 2, 12 'imitatores mei estote, sicut et ego Christi' (*I Cor. 4, 16*); ... ipsius domini -it exemplum, qui ... ait 'venite ad me omnes *eqs.*' (*relucet var. l.*). CONC.⁵ I 5 p. 375, 27 ut per totum orbem ... iterum sanctorum patrum orthodoxa fides -at (*gr. I l. 7 p. 78, 9 ἀναλάμψει*).

[relucito, -āre, *sc. a relucere frequentative, con. Gruterus pro reluctare loco obscuro* APVL. met. 7, 5, 3, v. p. 995, 61.]

reluctāns et reluctanter v. *reluctor*.

?**reluctantia,** (-ae) *f.*, a *reluctari, vix recte trad. p. 866, 27.*

reluctātiō, -ōnis *f.* a *reluctari*. GLOSS.¹ IV Plac. r 6 *resultatio:* id est -o, quae renititur et contra contendit (V Abba RE 80 r.: -o). [*in falsa var. l. pro eructatio* APVL. mund. 8 p. 305 (*sic iam Colvius, v. vol. V 2, 824, 78*).]

i. q. actio reluctandi (iuxta ponitur renitentia p. 995, 6; sine -e l. 53. p. 995, 7. al.): **1 proprie, sc. vi corporali (contra hostem in pugna l. 57. 59):** CLAVD. DON. Aen. 10, 410 p. 345, 15 quae *animalia* in sacris sine -e mactantur (*sim. CASSIOD. in psalm. 43, 22 l. 367 ovis nulla se -e defendit. cf. de Christo: 82, 2 l. 40 [antea Is. 53, 7 sicut ovis ad occisionem ductus est] Christus passus est ... Pontio Pilato sine aliqua -e contradi*). 11, 745 p. 526, 11 *hosti* renitentis sustulit ferrum ..., ne spem etiam ipse gereret in -e feriendi. AVG. serm. 165, 7 (*antea p. 995, 45*) illis *infantibus* in tanta -e non imputatur peccatum. CASSIOD. in psalm. 21 l. 747 (*cf. Dan. 10, 13*) *angelum* diabolica -e tardatum. GLOSS.¹ I Ansil. ER 119 Erict(h)onius: ex -e Vulcani et Minervae natus.

2 in imag. vel translate: **a vario usu; actio reluctandi fit:**

α quolibet modo: CLAVD. DON. Aen. 4, 105 p. 369, 16 (*Venus ad Iunonem*) *nemo tibi* reniti ... debuit; cui enim prodest ... tecum habere cum -e certamen? 5, 710 p. 505, 20 si adversus ea oboriatur -o, quae nitendo superari non possunt, *sc. fata*. COD. Theod. 14, 17, 9 eminentia tua omnes eas *annonas* ... his scholis ... amota omni -e restituet. *respectu resistendi minus vigente de cunctatione sim.:* EPIPHAN. SCHOL. Didym. in Iac. 2, 26 p. 5, 9 non ... sine -e opera fidei praeponebantur, quando ... salvatur homo ... ex fide. **β verbis, sc. fere contradicendo, obloquendo:** PS. ORIG. in Iob 1, 4 l. 130 Iob ... sodales ... ad inimicitiam conversi sunt et ad maximam -em atque criminationem, circa illum immutati sunt (cf. *loc. geminum 3, 7 l. 23 ad c. et ad reprehensionem*). COD. Theod. 12, 1, 179, 3 si quis de reddendis ... curialibus vocem -is obiecerit *eqs.* in *iudiciis:* NOVELL. Iust. 49, 3, 1 *pars* alia ... iustam putans -em esse litis (*gr. ἀντίρροπον*).

b usu christ. de pugna spiritali contra veram fidem, vitam christianam, deum sim.: AVG. conf. 7, 6, 9 omnis illa -o mea resoluta concidit. in psalm. 140, 14 adhuc portas infirmitatem carnis et gemis cuiusdam -is conscientia (sim. retract. 1, 2, 4 in vita beata corpus incorruptibile ... spiritui suo sine ulla molestia vel -e subdetur. serm. 277, 7 in nullo corpore spiritali est ex alia parte renitentia et -o). SEV. MINOR. 24, 10 femina Iudaea ad fidem Christi sine -e consensit. CASSIOD. in psalm. 80, 14 l. 278 (antea: deo ... resistimus) qui se ab ipso deo superba -e subdlexerint.

Schwennicke.

reluctor, -ātus sum, -ārī et **relucto**, -āvī, -āre. a re- et luctari. scribitur -lupt- FVLG. p. 997, 13. 27. NOT. Tir. 95, 56 -atur. de genere: depon. praevallet (part. perf. vi praes. p. 996, 4), sed act. legitur APVL. l. 55. 60 (si recte trad.), FVLG. p. 996, 34. 70. al., GREG. TVR. Franc. p. 996, 36 et 8, 15 p. 380, 22 et hic illic apud ceteros, e. g. l. 47. p. 996, 16. 997, 38. de notione: SYNON. Cic. p. 437, 21 oppositum. officiens. obsistens. obstans. obnitens. ... -ans. repugnans eqs. GLOSS. II 229, 25 ἀντιδύω: adversor, -or. 230, 3 ἀντιμάχομαι: repugno, -or. GLOSS. I Ansil. RE 921 sqq. (cod. Paris.) -ans: incertus. dubius. (haesitans eqs. sim. al.; v. etiam p. 671, 52 sq. 55. legitur in versibus inde a VERG., in orat. soluta inde a VELL. [confunditur in codd. c. luctari e. g. SEN. Herc. O. 1728 HEGES. 5, 6, 2 (restit. p. 996, 25); falsa var. l. pro recusare Ov. am. 2, 17, 16; afferebatur olim e loco interp. PETRON. 111, 12.]

i. q. luctando reniti, resistere sim. (praeverbium ad actionem adversandi spectat). cui (rei) resistatur, indicatur per dat. e. g. l. 41. 43. 54. p. 997, 36 sqq., praepos. ad p. 997, 35. 60, adversus e. g. p. 997, 17. 59, contra p. 997, 22. 61. al., cum p. 996, 6 (secum p. 997, 5), struct. verb. p. 996, 45 sqq. 997, 42 sqq.; indicatur finis per struct. verb. p. 996, 14 sqq., de qua re contentio fiat, per praepos. de p. 997, 61. accedit adv. e. g. obstinate vol. IX 2, 244, 10 sqq., pertinaciter p. 996, 29. 54. 997, 31, vehementer l. 38. 45, cf. acc. neutr. pro adv. multa l. 35.

I vi corporali vel locali: **A** vario usu; pro subi. sunt: **1** animantes (vel partes corporis eorum), qui resistunt, repugnant: **a** eis, qui (quae) quamlibet vim, violentiam sim. inferunt; -antur: **a** animalia: VERG. georg. 4, 301 huic vitulo ... nares et spiritus oris multa -anti obstruitur. Ov. am. 3, 4, 14 vidi ... equum contra sua vincula tenacem ore -anti ... ire. COLVM. 6, 19, 1 ne quadrupes -ando remedia respuat. PRVD. perist. 11, 95 -antes sociarant vincula bigas. MACR. Sat. 3, 5, 8 si hostia ... fuisset vehementius -ta eqs. al. **β** homines: SEN. Ag. 717 Cassandra nunc -antes parat reserare fauces, verba nunc clauso male custodit ore. CVRT. 6, 2, 6 producentibus eam captivam verecunde -antem. MELA 3, 93 ut quaedam feminae contineri, ne -entur, vix vinculis possint. SIL. 10, 205 -antes ... procella ... tulit ad campi suprema. MART. 5, 35, 5 servus in theatro suscitanti Leito, i. dissignatori, -atur. RVFIN. hist. mon. 9, 7, 14 urgebant Manicheum, ut introiret in ignem, at ille -ari coepit (-are var. l.). AVG. serm. 165, 7 cum baptizantur, vehementissime -antur infantes. CONSENT. Aug. epist. Divj. 12, 8, 1 (in imag.; cf. psalm. 31, 9) veni ... ad te, immo in camo domini, cum -rem, attractus sum. al.

b eis, qui invadunt, aggrediuntur, sc. in contentione, pugna, proelio sim.: CVLEX 196 serpentis -antis ... foedeque petentis ictibus ossa ferit pastor. HOR. carm. 4, 4, 11 aquilam in -antes dracones egit amor ... pugnae. Ov. am. 2, 9, 12 (in imag.) pigra -anti cessat in hoste manus. TAC. ann. 4, 22, 2 in quo cubiculo -antis et impulsae uxoris vestigia cernebantur. FLOR. epit. 3, 11, 9 tribunis -antibus ... barbari ferro Crassum occiderunt. APVL. met. 4, 20, 2 (antea: canibus repugnantem) quidam faucibus ... Cerberi -bat. CYPR. Demetr. 17, 1 nemo ..., quando apprehenditur, -atur (sc. in persecutione Christianorum). patient. 10 (cf. gen. 4, 8) Abel ... adversus fratrem parricidam non resistit nec -atur. AMM. 17, 2, 2 barbarorum animis incredibili pertinacia -antibus (-antis var. l., -tis edd. vet.). al. ?pro subi. sunt duo, qui inter se pugnant (si recte trad.): APVL. met. 7, 5, 3 (in imag.) inter quos centunculos pectus et venter ... -bant (reduce- vel relucitabant coni. Gruterus; cf. Hijmans, comm. 1981, ad l.).

c morti, affectibus corporis sim.: in colluctatione morientium: SEN. Oed. 344 taurus ... animam ... -antem exprimit. SIL. 6, 126 -antes liquit ... spiritus artus. IVL. VAL. 2, 32 l. 1002 Darium vivendi clausulae -antem. AMM. 19, 2, 15 cum ... spiritus -antes efflarent eqs. cetera exempla: SERV. Aen. 5, 856 ('Somnus cunctanti Palinuro ... natan- tia lumina solvit') cunctanti quasi -anti (cf. CLAVD. DON. ad loc. p. 527, 11 -antis oculos solvit). ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 1 p. 475 Paulus fluctibus pugnant, ... -ans fami (gr. I, 8 πέλᾱγει πικτεῖων καὶ λιμῶ). VITAE patr. 5, 11, 18 somno -ti sunt (gr. II, 48 ἀνένηψαν). al.

2 res (esca, quae manducatur, p. 996, 10): **a** naturales: Ov. epist. 6, 85 Medea -antem cursu deducere lunam nititur (met. 12, 264 Mycalen deduxisse canendo saepe -anti constabat cornua l. [-antis, -tae var. ll.]). QVINT. inst. 9, 4, 7 inter obstantia saxa fractis aquis ac -antibus. PLIN. epist. 10, 15 continuae navigationi etesiae -antur (paulo aliter de

vento adverso sim.: paneg. 81, 4 Caesar certat ... domitare ventos -antes remisque transferre obstantia freta. AMM. 22, 15, 7 -ante spiritu contro- verso [pendet e Sol. 32, 10 repugnaverint]. SVLP. SEV. dial. 1, 3, 2). CLAVD. rapt. Pros. 1, 42 paene [-tis] iterum pugnantia rebus, i. naturae rerum, rupissent elementa fidem (i. i. -antibus, v. Hall, comm. 1969, ad l.). ISID. nat. 47, 1 (in Aetna) spiritu cum igne introrsus -ante. **b** ceterae: SEN. Herc. O. 1728 refugit ignis et -antur faces et membra Herculis vitant. COLVM. 1, 5, 10 cum veteri adstruitur recens aedificium, quasi surgenti -ans oneri cedit. DIOM. gramm. I 364, 32 (respic. differentia inter 'manduco' et 'edo') manducatur ..., quod dentibus -atur (cf. vol. V 2, 99, 82 sqq.). CLAVD. 21, 178 cum stagna -antes quaterent Saturnia remi. CARM. de Iona 45 in tempestate nautae temptant clavorum stringere nisus, atque -antes, impellere pectore giros (i. vellere luctantes var. l.). al.

B accedit inf. indicans finem -andi: CLAVD. 5, 354 equites ... pos- centia cursum ora -antur pressis sedare lupatis. CORIPP. Ioh. 2, 234 acies excedere pugna nititur adversosque -at prendere colles.

II vi incorporali (sublucet haud raro usus sub I illustratus, e. g. l. 23. 25): **A** -antur invititi (invita), qui (quae) aliquid nolunt sim. (iuxta ponitur invitus e. g. l. 22. 30; indicat dat., cui [rei] quis resistat, e. g. l. 33. 61): **1** recusando sim.: **a** iussa, petita, proposita agere:

a vario usu; pertinet ad: **1** quamlibet actionem: VELL. 2, 102, 3 quidam deinde -tus, invitisque revertens in Italiam (i. diu de re luctatus var. l.). SEN. epist. 102, 26 quid cunctaris ...? haeres, -aris. QVINT. inst. 1 prooem. 1 cum a me quidam ... postularent, ut aliquid ... componerem, diu sum ... -tus. APVL. met. 3, 9, 6 -antem (Cornelissen, luct- trad.) me ac diu rennuement praecedens facinus instaurare ... lictores ... compellunt. CYPR. epist. 69, 15, 1 (cf. exod. 7, 13 sqq.) Pharaos diu -tus et in sua perfidia demoratus. AMM. 25, 8, 17 rogatus ..., ut ingressus palatio more succederet principum, pertinaciter -tus est. HEGES. 1, 40, 9 p. 89, 5 cum Salome in- llexerit invitum adolescentem et -anti extorserit, ut incestum patraret (gr. I, 498 μὴ θέλοντι). AVG. conf. 6, 7, 12 quidam patrem -antem evicit, ut me magistro uteretur. SVLP. SEV. dial. 2, 6, 5 obstinatus -ari (-are var. l.). COD. Theod. 3, 16, 2 pr. mulier matrimonio -ta. FVLG. aet. mund. p. 173, 21 rapitur ad apostolatum, dum calcitrat Paulus et licet -et eqs. GREG. TVR. Franc. 9, 41 p. 467, 5 (antea: puellas ... in monasterio reducere) cum illae obstinatus -rent eqs. al. **2** sacrificium paganum vel id, quod rectae fidei christ. convenire non videtur: CYPR. epist. 55, 13, 2 qui Christianus -tus et congressus diu ad hoc funestum opus necessitate pervenit. PASS. Maximil. 2, 6 proconsul dixit: 'signetur Maximilianus'; cumque -ret eqs. PRVD. perist. 5, 56 (loq. martyr ad magistratum) palam -or. SVLP. SEV. chron. 2, 20, 3 Antiochus ... Iudaeos sacrificare cogebat inauditisque cruci- atibus -antes afflicebat. CANON. Turner II, 1 p. 20 rec. II praesbyteri, qui immolaverunt et iterum respuerunt et -verunt eqs. (sim. p. 56 rec. III; gr. Ioh. Schol. tit. 39, 3 ἀναπαλαίσαντας, cf. vol. VII 2, 1733, 83 sq.). al.

β accedit struct. verb. indicans id, quod aliquis (aliquid) agere sim. non vult: (acc. c.) inf.: Ps. CYPR. singul. cler. 30 peregrinari ab extra- neis (i. non cognatis) feminis clerici -antur? AMM. 20, 4, 8 vicit praefecti propositum pertinax his, quae ... posebantur, parēre contentione maxima -antis. ACT. Archel. 6, 3 ille ... redire ad eum penitus -batur. PASS. Mar- cian. 1, 2 potest fidem praeteritis facere, qui relata non -atur agnoscere. QVODV. prom. 1, 17, 24 (cf. gen. 22, 9) quod se ligno, quod portaverat, ipse suspendi Isaac non -tus est. FVLG. aet. mund. p. 172, 5 non licuit naturae non esse, quod ille Christus voluit, non -vit natura non posse, quod ius- sit. enunt. secund.: AMM. 25, 10, 11 cuius parvuli vagitus pertinaciter -antis, ne in curuli sella veheretur.

b officium, munus gubernandi sim. accipere (honorem statuae l. 57; cf. p. 997, 8): CIL X 4858 (saec. IV med.) cuidam statuam ... -anti ... populus conlocavit. AMM. 25, 5, 3 miles advertens destinatus -antem Sa- lutium. HEGES. 4, 6, 5 p. 249, 13 cuidam sortito adtracto ex agris et -anti eqs. (gr. 4, 156 ἄχοντα). COD. Theod. 6, 4, 15 non aliquem ... fas erat nominationibus -ari. REG. eccl. Carth. l. 320 ut -entur clerici, cum fuerint ... postulati. al.

2 impediendo, prohibendo eventum, actionem sim.; pro subi. sunt: **a** res: SEN. dial. 9, 7, 2 -ante natura inritus labor est (PANEG. 2, 14, 2 invitae ... -antique n.). PLIN. epist. 2, 1, 5 quae coxa fracta senis ... -ante aetate male coit. COD. Iust. 8, 27, 7 (a. 238) -ante lege. AMM. 19, 8, 5 iniqua -ante fortuna. HIL. AREL. vita Honorat. 29 l. 4 sanctus ultimum, doloribus iam -antibus, ... sermonem habuit. FVLG. Virg. cont. p. 86, 15 quatenus ... in his tibi descendis non ... grassedo ingenii quam ... formido ... -at. accedit struct. verb. indicans id, quod impeditur: SEDVL. op. pasch. 4, 3 (cf. Matth. 20, 30 sqq.) caeci considentes, quia grassuum mo- bilitati confidere tenebrae -antur adversae. **b** animantes: HIL. AREL. vita Honorat. 11 l. 3 quidam ad peregrina contendunt ...; propinqui -antur.

B -antur, qui (quae) repugnant alicui (rei) adversario animo (sc.

[Beckelhymer]

maxime cum structuris indicantibus id, quod repellitur, aliter e. g. l. 48sq. 58): **1 vario usu; actio -andi fit:** **a quolibet modo (sc. -antur animantes vel qualitates eorum praeter l. 14. 16); respicitur luctatio contra:** **a varia (vel varios; se ipsum l. 5):** SEN. dial. 11, 8, 4 aegrum eum adhuc et _{secum} -antem avocabit ipsa rerum ... austeritas (_{l. del. Gertz}). CVRT. 8, 2, 11 *Alexandrum* diu ... precibus ipsorum -tum aegre vicerunt *ministri*, ut cibum caperet. PLIN. paneg. 60, 4 his tot ... rationibus quamquam multum -ta verecundia principis nostri tandem tamen cessit. IREN. 4, 24, 1 *deum* donasse suo plasmati adversus -antem victoriam (-atur *diabolus ut:* RVFIN. Orig. princ. 3, 2, 1 contrariae virtutes vel ipse diabolus -antur humano generi). LACT. inst. 3, 11, 15 nec frustra his praesentibus bonis -atur *virtus*, nisi *eqs.* (FVLG. Virg. cont. p. 106, 1 animus ... -at ... b. [-lupt- var. l. et ed. Helm]). AMBR. in psalm. 37, 42, 5 ne ... aegritudo curationis remediis -etur (*sim.* Ps. AVG. serm. [Corp. Christ. 9, 355sq.], 3, 6 medicinae). LEO M. serm. 95, 5 habitatori suo non -bitur terra. **al.** **β deum, Christum (vel leges eius sim.):** TERT. fug. 12, 3 qui adversus illum *Christum* -atur. Ps. CYPR. epist. 4, 10 contra Christi imperia. AMBR. paenit. 2, 6, 41 -ando mandatis caelestibus. AVG. serm. 7, 2 duritia Iudaeorum ... legi dei -batur. DRAC. laud. dei 2, 57 (*cf. sap. 12, 12*) quis stare queat contra tua iura -ans? **al.** **γ vitia, peccata, affectus sim. (in bonam partem praeter l. 27; affectus corporis v. p. 995, 62 sqq.):** CYPR. patient. 14 contra facta carnis ... virtutum suarum pugnaculo -atur *patientia*. LACT. inst. 6, 18, 24 hominem ... iis adfectibus indulgentem, quibus debet ... -ari. AVG. in Gal. 51, 7 ebrietatibus ... continentia -atur. LEO M. serm. 44, 1 qui iracundiae motibus -antur (*antea:* renitentur). 87, 1 ut ... spiritalibus desideriis corporales concupiscentiae -entur. FVLG. Virg. cont. p. 105, 15 contra ... furiam ... ingenii arma -ant (-lupt- var. l. et ed. Helm). **al.**

b verbis, sc. contradicendo, obloquendo; -antur: **a animantes (addidimus error eorum l. 40):** ① *indicatur id, quod (is, qui) refulatur, per:* *praepos.:* CYPR. epist. 73, 23, 2 pertinaciter atque obstinate contra fratres ... pro haereticis -ari (*opp. veritati ... obsequi*). RVFIN. Clement. 3, 1, 6 (*allegorice, ad Matth. 7, 6*) adversus eas *verborum margaritas* argumentis ac sofismatibus -antes. CONC.^s IV 1 p. 115, 7 nescio a quo tale audierit et _{ad} quam personam -antur, (*cf. loc. geminum p. 93, 31 ad q. p. contententes*). *dat.:* SOL. 56, 8 *quidam* opinioni plurimorum ... sic -atur, ut *eqs.* (AVG. in euang. Ioh. 124, 2). AVG. c. Cresc. 4, 11, 13 si ista responderis et verbis epistolae tuae non -veris (-beris *ed. Migne*). nupt. et concup. 1, 22, 24 cui verecundiae naturali cynicorum error philosophorum ... -tus est *eqs.* LEO M. epist. 59 CONC.^s II 4 p. 34, 24 euangelio contradicent et symbolo -antur. CONC.^s I 5 p. 181, 1 dogmati nefario. **al.** *acc. c. inf.:* AVG. adult. coniug. 2, 13, 13 puto ... christianum neminem -ari adulterum esse, qui ... alteri commixtus est feminae. VINC. VICT. Aug. anim. 2, 12, 16 si ... quispiam -etur latronis animae ... conlatum esse paradisum *eqs.* (*item* 3, 13, 19). CASSIOD. in psalm. 132 l. 10 non ... -or beatiss. monasteriis dictum *hoc esse, sed eqs.* ② *cetera exempla:* LACT. inst. 5, 20, 10 cum nefanda perpetuatur, ne verbo quidem -amur, sed deo remittimus ultionem (*cf. p. 995, 55*). AVG. perf. iust. 21, 44 p. 48, 13 non nimis existimo -andum. persev. 1, 1 ne quisquam -etur et dicat *eqs.* QVODV. haer. 7, 51 si adhuc haeretici -antur, audiant *eqs.* **al.**

β res: MART. CAP. 5, 429 -antibus semper Academiae altercationibus. SIDON. epist. 4, 11, 3 quaecumque dixisset, protinus -antium syllogismorum contrarietatis excipiebamus.

2 in rebus iudicialibus: SEN. nat. 4, 13, 1 (*in imag.*) litigemus tamen; etiamsi superior futura *luxuria* est, pugnantis ac -antis vincat. SYMM. rel. 28, 2 heredes Thesei, qui -rentur, obiecti sunt *eqs.* COD. Theod. 10, 3, 4 si *conductor* contra id -andum existimaverit *eqs.* 10, 8, 3 partes -antis ipse suscipies. 11, 30, 36 cum debitor adversus discussoris statum coeperit -ari. Iust. 4, 1, 12, 1^a si ... is, cui imponitur sacramentum, nihil ad hoc fuerit -tus *eqs.* NOVELL. Iust. 2 praef. 1 de ... hereditate fratris contra eam *matrem* filia -batur (*gr. διαμάχεται*). **al.**

part. praes. reluctans, -antis pro subst. masc. e. g. l. 58.

adv. reluctanter. *i. q. modo reluctanti:* AVG. lib. arb. 3, 235 quae *anima* nec libenter nec indifferenter, sed potius renitenter et -r intenditur in eam passionem corporis.

deriv.: ?reluctantia, reluctatio.

Beckelhymer.

relūdo, -sī, -ere. *a re- et ludere. [falsa var. l. loco corrupto PROP. 2, 29^b, 41 (coni. alii alia).]*

i. q. ludendo respondere: MANIL. 5, 170 ut teneat tantos orbis sibi que ipse -at *pilarius quidam* (teneant ... -ant var. l.; *notione trans. i. q. ludendo reddere vertit Hübner, 2010*). SEN. contr. 2, 2, 7 *uxor mortem voluntariam simulans* adversus temerarios mariti iocos -sit.

?relūgeo, -xī, -ēre. *a re- et lugere, si quidem agnoscenda est vis praeverbii notionem verbi simplicis invertens (cf. recludo sim.). i. q. luc-*

tum abolere, laetari: PS. AVG. serm. 120, 2 illa *Eva parturiens* ... luxit, ista *Maria* -xit (*antea:* in laetitia dominum parturivit. *cf. 194, 1* ista exsultavit. *vix subest reluceo simili lusu verborum atque vol. VII 2, 1697, 37sq.*).

relūminatio: *ἀνταυγασία* GLOSS.¹ II Philox. RE 140 (*cf. GLOSS. II 228, 53 ἀνταυγία:* -o). *a reluminare, i. q. actio repercussu luminandi, sc. notione a verbo aliena.*

relūmino, (-āvī), -āre. *a re- et luminare. i. q. luminare restituendo visum (cf. vol. VII 2, 1827, 65sq.):* TERT. apol. 21, 17 cum *Christus* caecos [-ret], leprosos purgaret *eqs.* (illuminaret *rec. Φ [?] et Ps. Cyr. idol. 13. de eodem:* carn. 4, 4 carnem ... caecam -at. *in imag. [sec. Ioh. 9, 39 ut qui non vident, videant]:* PAVL. NOL. epist. 30, 4 p. 264, 26 venit -are, quod caecatum fuerat). anim. 34, 4 quem *Stesichorum Helena* excaecasset ..., dehinc -asset.

deriv.: reluminatio.

1. reluo, -ere. *a re- et l. luere. NOT. Tir. 82, 20 -it (cf. vol. VII 2, 1841, 4sq.). de notione:* FEST. p. 281 -ere: resolvere, repignerare (*affert l. 20*). GLOSS. -o: *ἀνταποτιννύω*. -ere: resolvere (*inde GLOSS.¹ I Ansil. RE 935 Corp. R 42*). resolvere aut lubere (*v. Goetz ibid. et I 345*).

i. q. resolvere: **1 redimendo (sc. res pignori datas, cf. vol. VII 2, 1845, 14sq.):** CAECIL. com. 105 ut aurum et vestem ... -at, quod mater ... oppos(i)vit pignori (*explicit FEST. supra*). Ps. CIC. in Sall. 19 paternam ... domum -ere (*cod. Vat. saec. XIV, relinire [vel relinere] cett., redimere edd. vet.*). **2 expiando:** MACER hist. 21 nequam suam sui lavandi -ant arma lue (*cf. vol. VII 2, 1843, 84; loco vix sano coni. alii alia, v. Oakley, Fragm. of the Roman Historians III, 2013, 422sq.*).

[2. reluo, a re- et l. luere, non est quod agnoscas PRISCILL. tract. 4, 80 Iordanes fluvius in posteriora sua -ens (cod., refuens Kübler, Deutsche Lit. Zeitung 10, 1889, 812; locum inseras supra p. 654, 57sq.). vix cf. reluvies.]

relupto v. relucto(r).

reluviēs NOT. Tir. 82, 26 (*scrib. -bies*). *subst. fem. fictum videtur ad continentiam seriem a 82, 22 eluvies incipientem.*

reluvium FEST. *supra p. 587, 50sqq.* [*i. q. redivia, sc. d > l mutatione (falso) sabina nuncupata. cf. Walde-Hofmann II 425; Leumann, Gramm. 1977, 155. Mei.*]

rely v. reli-.

rem Zos(imi?) CIL IV 6165a et b (*in amphora*). *obscurum, nisi latet nomen proprium (e. g. Remmii).*

remāccino, sc. remāchino, -āre. a re- et machinare (-ari).

i. q. rursus machinare (sc. molere, v. vol. VIII 18, 11sq.; in iunctura abundantia): ORIBAS. syn. 3, 79, 1 Aa p. 867 *ad cataplasma conficiendum* preparare forfures et iterum -maccinare (*sim. La, v. Mørland, Die lat. Oribasiusübers., 1932, 142; gr. πάλιν [ita coll. med. 9, 27, 1, πάλιν vel πάλιν codd. syn.]*).

remacresco, -cruī, -ere. *a re- et macrescere. fere i. q. emacrescere, extenuari (notione praeverbii dubia, fort. de eo, quod e statu pleno, florente recidit in maciem):* SVET. Dom. 18, 1 *fuit deformis* ... crurum gracilitate, quae tamen ei validudine longa -erant (*remarcuerant var. l., emacr- Bentley, longiore macr- Jernstedt*).

***remaledico, -dixī, -ere.** *a re- et maledicere. pass. non legitur nisi impers. l. 56.*

i. q. respondendo maledicere (saepae absolute, sed maledicentes indicantur per acc. obi. l. 68, dat. l. 64 [subaudiendum l. 56]); de iis, qui:

1 contra obiurgant, increpant sim. (cf. GLOSS. -o: ἀντιλοιδόρῳ. praeter SVET. usu christ., imprimis sec. l. 57): SVET. Vesp. 9, 2 de iurgio quodam senatoris equitisque R(omani) ita pronuntiat 'non oportere maledici senatoribus, -i ... fas ... esse'. VET. LAT. I Petr. 2, 23 (*cod. 32 [textu mutilo]*). Aug. in psalm. 137, 15. *al.* qui *Christus* cum malediceretur, non -bat (Cyp. patient. 9. *al.* -xit [*male- var. l.*], *gr. ἀντελοιδόρει [ἐλοι- var. l.]*, *Vulg. maledicebat [-bat var. l.]*). TERT. adv. Marc. 4, 16, 6 tantum patientiae pondus ... non modo non -endi, sed etiam benedicendi (*respic. Luc. 6, 28 benedicite maledicentibus, ut: 4, 27, 1 Christus vetat -ere*). AMBR. off. 1, 21, 94 quanto plus est non -ere quam non vindicare? parad. 12, 59 p. 320, 16 puer (*Matth. 18, 2sq.*) ... cum maledicitur, non -it. in psalm. 118 serm. 14, 28, 2 *Christus* maledicentibus non -xit (HIER. epist. 84, 1 m. -ere et adversarios talione mordere. LEANDER reg. 11, 2. *al.*). HIER. in Eph. 4, 23 p. 508^D maledictus non -at. IVLIAN. epit. in psalm. 140, 3 *deus* labia munit, ne ad -endum aperiantur. Ps. IOH. MED. hom. 28 p. 820 si maledicentem te non -isti (VEREC. in cant. 9, 22 l. 17. REGVLA mag. 3, 37 maledicentes se non solum non -ere, sed magis benedicere [*item BENED. reg. 4, 32*]). **al.** **2 contra exsecrantur, mala imprecantur sim.:**

TERT. idol. 21, 4 per quem *Iovem* se maledictum indigne tulisse demonstraverat *aliquis* -ens (*antea:* cum illi ... dictum esset 'Iuppiter tibi sit iratus', respondisse *eum* 'immo tibi'). *cf. 21, 5 cum per ipsum Iovem -is*). 21, 5 ne per deum *verum* quidem -ere (et *male- trad.*), sed plane benedicere.

remancipatio, -ōnis f. *a remancipare. scrib. -cup- p. 999, 3. [Bk.]*

term. techn. iuris, i. q. actio remancipandi (accedit gen. obi. TAB. [iuxta alias struct. usum fere verba] vocis testantes), pron. poss. pro gen. TERT.): TAB. cer. Herculan. 66^b, 1 remancipatio mancipior(um) trium, quae fiducia causa data sunt, ab creditoribus. VLP. coll. Mos. 16, 9, 2 si quis liber fuit (nec) (suppl. Mommsen) ex -e manumissus. in imag. : TERT. fug. 12, 4 per Christum redemptorem apud inferos -o nostra est et stipulatio nostra in caelis (postea: hominem ... ab inferis mercatus Christus in caelos). Bk.

remancipio, -āvī, -ātum, -āre. a re- et mancipare. scribitur remm- GAIVS inst. 1, 175 (in cod. saec. V), ri- l. 54. NOT. Tir. 44, 22 -at. inter verba act. I^{ae} coniug. affert CHAR. gramm. p. 474, 19. de notione: FEST. p. 277 -tam Gallus Aelius esse ait, quae mancipata sit ab eo, cui in manum convenerit. GLOSS. -o: ἀντιπαροδίδωμι. ἀντιπαροχωρῶ. GLOSS.¹ II Philox. RE 142 -at: ἀντιπαροχωρεῖ, ἀντιπαροχωράει. 143 -o: ἀποκαδιώτω. [confunditur in codd. c. (e)mancipare l. 33. 43.]

i. q. rursus mancipare (cui [rei] quis [quid] -etur, indicatur per dat. passim, per praepos. ad c. gerund. l. 54; opp. mancipare l. 12. 31. 51, mancipio dare l. 36sq. 49, manumittere l. 24sq. 41sq. al.): **1** strictius, sc. term. techn. iuris (ad rem v. e. g. Klingmüller, RE I A 585sq.); -atur:

a mulier, quae coemptione fiduciaria facta in cuiuslibet potestatem datur (cf. l. 12; suppl. fort. recte loco lacunoso GAIVS inst. 1, 137^a, v. David-Nelson, comm. 1954, 175): GAIVS inst. 1, 115 (113 mulieres coemptione ... in manum conveniunt per mancipationem) mulier a coemptionatore -ta ei, cui ipsa velit, et ab eo ... manumissa eqs. 1, 115^a si feminae coemptionem fecissent -taeque et manumissae fuissent (sim. 1, 195^a).

b qui vel quod in potestatem eius, qui mancipavit alteri, revertitur: **a** homo (suppl. in addit. vix reo GAIVS inst. 1, 166, v. David-Nelson, loc. cit., 203sq.): GAIVS inst. 1, 134 filii in adoptionem dandi (tres mancipationes) et duae intercedentes manumissiones ... fiunt ...; deinde aut patri -atur ... aut non -at(ur) patri ...; sed sane commodius est patri -ari (item -atur filius: EPIT. Gai 1, 6, 4 cum tertio mancipatus fuerit filius a patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei a fiduciario patre -etur et a naturali patre manumittatur [emanc-, manc-var. II.]). *ibid.* in ceteris vero liberorum personis ... una ... mancipatio sufficit et aut -a(n)tur parenti aut non -a(n)tur. 1, 140 quem servum pater ea lege mancipio dedit, ut sibi -etur (postea: mancipio recipit). 1, 172 qui parens, filiam neptemve aut proneptem, alteri ea lege mancipio dedit, ut sibi -retur -tamque manumisit ([i] item 1, 175). CHART. lat. ant. XII 521, 13 [saec. III] quidam f. suam mancipio dedit iterum ... fiducia, contracta, ut, [contractavi pap.] sibi remancipa(etur). *ibid.* 16 etiam tertio filiam suam ... mancipio dedit, remancipatam sibi manumisit). EPIT. Gai 1, 6, 5 nisi feminae, sc. filiae et neptes, vel nepotes masculi ex filio a patre fiduciario -ti fuerint et a naturali patre manumissi eqs. (emanc- cod. unus). *ibid.* si, -tum eum, sc. filiam vel neptem vel nepotem, sibi naturalis pater vel avus manumiserit eqs. ([i] -tos cod. unus). **β** res: PAVL. sent. 2, 13, 3 debitor creditor vendere fiduciam non potest, sed alii ... vendere potest, ita ut ex pretio eiusdem pecuniam offerat creditori atque ita -tam sibi rem emptori praestet. frg. Vat. 51 ut nos proprietatem, quae illis, quos in potestate habemus, mancipio data (sit), ... -emus. BOETH. in top. Cic. 4 p. 340, 40 fiduciam ... accipit, cuicumque res aliqua mancipatur, ut eam mancipanti -et (postea: reddat).

2 laxius -atur, qui rursus obligationi, muneri cuiuslibet submittitur: INSCR. Année Épigr. 2009 n. 1376 (Coi; a. 371?) (qui sunt) origine (i. -gi-) curiales, rimanci(pentur ad subeunda munera) functionum publicarum (si recte legit supplevitque Feissel, Chiron 39, 2009, 314sq., coll. Cod. Theod. 12, 1, 76 [a. 371] qui origine sunt curiales, ad subeundam publicorum munerum functionem protrahantur; legerat rimand[...]) Degrassi, v. Année Épigr. 1947 n. 58).

deriv.: remancipatio.

remancupatio v. remancipatio.

1. remando, -āvī, -ātum, -āre. a re- et mandare. scribitur -mend- p. 1000, 7. NOT. Tir. 30, 67 -at. [confunditur in codd. c. mandare p. 1000, 28 (in falsa var. l. EVGIPP. epist. ad Pasch. 2). perperam pro demand- scriptum esse vid. TAB. devot. Année Épigr. 2004 n. 616 (Cremonae; fere saec. I¹) id ego mando -ta (sc. nomina devovendorum?), quo is apud deos inferos ut pereant et defigantur (v. Solin, Anal. Epigr., 1998, 291). e lectione falsa, ut vid., l. 57.]

i. q. iterum vel retro mandare (accedit abundanter rursus p. 1000, 10; indicatur, quid -etur, per acc. obi. [accedente orat. recta] p. 1000, 10, pron. interrog. vel relat. p. 1000, 14. 25, acc. c. inf. p. 1000, 5, enunt. secund. c. quod [praeparatum per pron.] p. 1000, 24, orat. rectam p. 1000, 16. 20sq. [accedente verbo dicendi p. 1000, 18]; cui -etur, per dat. e. g. p. 1000, 1. 5, praepos. ad p. 1000, 24; opp. vel disting. mandare p. 1000, 14. 15. 22. 27): **1** respondendo, renuntiando, renuntiari iubendo: VET. LAT. I Macc. 13, 35 (rec. B) quidam viros misit ... ad Demetrium regem, ut

faceret remissionem regionibus Iudaeorum ...; et -vit ei rex Demetrius (seq. lacuna; gr. ἀπέστειλεν αὐτῷ ... κατὰ τοὺς λόγους τούτου καὶ ἀπεκρίθη αὐτῷ καὶ ἔγραψεν αὐτῷ ἐπιστολὴν τοιαύτην, de ceteris rec. v. ed.). EVTR. 2, 13, 1 (2, 12, 4 Pyrrus legatum misit, qui pacem ... peteret) -tum Pyrrus est a senatu eum cum Romanis ... pacem habere non posse. SCHOL. Hor. gloss. I¹ epist. 1, 3, 30 ('debes hoc ... describere') scribere: id est -are (sim. 1, 15, 25 ['scribere te nobis'] scribere: -mendare). FAVST. Aug. c. Faust. 5, 1 (respic. Matth. 11, 2sq.) Iohannem baptistam ... Iesu auditus operibus quaerere ..., utrum ipse esset Christus, cui ... Iesus nec dignatus quidem est renuntiare, quod esset ipse, sed opera rursus eadem illi, quae iam dudum audierat, -vit: 'caeci vident eqs.' (cf. Matth. 11, 4 renuntiate ..., quae auditis et videtis eqs.). CONC. Carth. a. 525 p. 278 l. 233 (respondetur epistulae cuidam, cf. p. 277 l. 210sq. quod sinceritas vestra per ... (co)episcopos nostros verbo mandare dignata est) quae ... per ... episcopos -ta sunt (l. 236 respondere). COMMON. patr. 4, 12 l. 21 'mandavit abbas ...: iube mihi mandare, qualiter habeas ...'; ipse vero -vit ei: '...' (-vit dicens cod. unus; aliter gr. ed. Wortley, 2013, 289 n. 451 εἶπεν). VITAE patr. 5, 8, 13 iudex misit dicens: '...'; senex autem -vit ei dicens: '...' (gr. 8, 16 ἀντεδήλωσε λέγων). CASSIOD. hist. 9, 30, 27sq. imperatore dicente quiddam ..., per archidiaconum -vit Ambrosius: '...'; (28) ... imperator ... -vit: '...' (gr. Theodoret. 5, 18, 21 ἐδήλωσεν et 22 ἀντεδήλωσεν). 10, 12, 6 ferunt quidam haec eum Epiphanium mandasse Iohanni: '...'; at ille Iohannes -vit: '...' (gr. Socrat. 6, 14, 10 ἀντεδήλωσεν). RVSTIC. Conc.⁵ I 4 p. 170, 1 (loq. episcopus) ad ea, quae nunc scripta sunt, hoc -o tantummodo, quod eqs. LIBERAT. 13 Conc.⁵ II 5 p. 121, 2 quid Dioscorus -ret (cf. p. 120, 31 et 37 respondit). **2** denuo praecipiendo, imperando: VVLG. Is. 28, 10 (contextu parum perspicuo) manda, -a, manda, -a, ex(s)pecta, reex(s)pecta ([i] vertitur hebr. מַנְדָּה מַנְדָּה מַנְדָּה מַנְדָּה ut 28, 13 [utrobique] mandare manda, m. m. var. l.). explicat HIER. in Is. 9, 28, 9 l. 33sq. G. id est: praecipe, praecipe, impera quae facere debeamus. ceterum v. ad loc. Koehler-Baumgartner, Hebr. and Aram. Lex. of the Old Test., 2004, II 1009).

2. remando, -ere. a re- et mandare. i. q. iterum mandare (c. obi. acc. l. 35. 40; in compar. l. 40): **1** -unt animalia, sc. ruminando (cf. ISID. diff. 2, 61 [= orig. 11, 1, 59; om. pars codd.] bestiae, quae cibum revocant ac -unt, ruminare dicuntur. GLOSS.¹ I Ansil. RU 123 ruminare: -ere): PLIN. nat. 10, 200 ruminant ... cervi modo quodam ...; pontici quoque mures simili modo -unt (cf. Arist. hist. anim. 632b9 μῆνυ-κάξει). **2** -unt homines: QVINT. inst. 11, 2, 41 devorent discipuli initio taedium illud et scripta et lecta saepius revolvendi et quasi eundem cibum -endi. Simonsen.

remaneo, -mānsī, -mānsūm, -ēre. a re- et manere. scribitur perf. -mas- l. 44 et TAB. cer. DAC. (CIL III p. 925sq.) I int. 8 et ext. 12 (a. 167). INSCR. Alger. II 6581 et 6610 (saec. II/III). abbreviatur remas(it) CE 342, 2. NOT. Tir. 30, 42 -et. 30, 48 -sit. praes. -it ORIBAS. syn. 7, 34, 2 Aa p. 177. de notione: SYNON. Cic. p. 442, 8 -sit. resedit. superavit eqs. (quae praecedunt, aliena videntur). GLOSS.¹ I Ansil. RE 891 relinquit remane(re). 1481 residerent: -rent. II Philox. RE 144 -sit: ἀπέμεινεν. al. legitur inde ab ACC., RHET. Her., CIC. [val. rāmī-nea, it. rimanere (dial. rom-, -ir), sard. centr. vet. remanere, raet. or. romagnē, romagnī, centr. (Marubii) romagne, occ. rumaner, (a)rumagnair, prov. remaner (etiā rom-, -ir), remandre, francog. vet. remaneir, remaindre, cat. romandre (vet. remaner, -ir), hisp. vet. remaner (nisi -ir); sard. centr. romanire 'fatigari, lassum esse', cf. a p. p. -sum francog. vet. remes 'lassus' et sard. centr. romāzu 'gracilis, exilis'. cf. M.-L. 7194 et Faré, Postille. Tiktin-Miron³ III 282sq. Battisti-Alessio V 3254. 3278. Cortelazzo-Zolli² 1376sq. Wagner II 348. Kramer V 561. Wartburg X 234sq. Coromines VII 412sq. Corominas-Pascual III 814. Schd.-Cr.] [confunditur in codd. maxime c. manere, e. g. CELS. 1 prooem. 24. 2, 14, 6 QVINT. decl. 337, 15, permanere e. g. RHET. Her. 3, 2, 2 CAES. Gall. 5, 12, 2 CELS. 6, 13, 2 (falsa var. l. CIC. Pis. 95 HIRT. Gall. 8, 15, 4 LACT. inst. 2, 8, 44; var. l. dub. SERV. Aen. 1, 207); loco interpol. CIC. off. 1, 36. APIC. 3, 2, 5 (locum om. cod. unus).]

fere i. q. manere (variat in contextu c. manere p. 1001, 70. 1002, 75. 1004, 44. 1006, 10. 62; part. praes. masc. vel fem. pro subst. e. g. p. 1003, 55. 57. 1004, 20, neutr. CAEL. AVR. acut. 3, 3, 16): **I** opp. notio progrediendi, abscedendi sim. (accedit dat. eius, qui [quod e. g. p. 1006, 23] aliquid vel alicuius usum habere pergat, e. g. p. 1001, 75. 1003, 48sq. 1004, 24): **A** opp. vel distinguitur pars, quae discedit vel amittitur sim., ut sit fere i. q. relinquere, reliquum esse (quota pars -at, saepe indicat additamentum aut ipsum subit., e. g. solus p. 1002, 73. 1003, 32. 48. 1004, 21. al., unus p. 1003, 2. 19. 52. al., pauci p. 1003, 53. 1004, 7. al., vestigia p. 1001, 52sq.): **1** -ent res: **a** opp. ea, quae discedunt, remouentur: **a** usu communi; -ent res: **1** apud animantes, qui eas possident sim. (fere indicatur, apud quem res -at, e. g. per praepos. apud p. 1001, 1. 14. 17. al., penes p. 1001, 3. 19, cf. p. 1005, 69): **A** exempla varia: ACC. trag.

AMBR. ad virg. dev. 2 p. 583^c ut -es p. tua). PATRIC. conf. 2 ut vel sero -rem delicta mea. ISID. diff. 2, 97 sic animus pars eiusdem animae est, quo sentitur et sapitur ..., sicut memoria, qua meditata -antur. orae. 11, 1, 109 voluit ... eos *hominēs* natura uterum maternum -are. *al. c. c. struct. verbali:* (acc. c.) inf.: VET. LAT. Tob. 4, 1 (cod. 148, *sim. al.*) -tus est Thobis commendasse se, pecuniam Gabelo (i. om. cod. 62; *Vulg. aliter*). RVFIN. Orig. in lev. 3, 6 p. 311, 1 si -tus fuerit peccasse se (*postea*: qui sponte recordatus fuerit peccatum suum). *enunt. secund. c. quod sim.* (gr. resp. ὄτι): VET. LAT. Tob. 4, 13 (cod. 148, *sim. al.*) -are, filii, quoniam hii omnes acceperunt eqs. ([cod. 62 memor esto, *Vulg. aliter*]. psalm. 77, 35 [cod. 300. al.]. al.). psalm. 77, 35 (cod. 325, *sim. al. et VVLG.*) *Israelitae* -ti sunt, quia deus adiutor est eorum (Matth. 5, 23 [cod. 3, *sim. al.*] si ... -tus fueris, q. frater tuus habet aliquid adversum te. al.). Matth. 27, 63 (cod. 4, *sim. al.*) -ti sumus, quod seductor ille dixit eqs. (Ioh. 2, 17 [cod. 3, *sim. al.*] q. scriptum sit eqs. al.). *enunt. secund. interrog.:* VET. LAT. Luc. 24, 6 (cod. 13, *sim. al.*) -amini, qualiter locutus est vobis. DIDASC. apost. 32, 19 *mulier* -ta fuerit, ubi debeat ire ... aut quia amic(a)e suae oblita est verbum ... dicere. *enunt. relat.:* PS. PHILO antiq. 3, 9 (*loq. deus*) -bor, qui inhabitant terram. ROMVL. fab. 75, 9 rec. gall. *panthera* -ans, quae perpessa fuerit (*recc. vet. et W memorata*). EPIST. Austras. 7, 5 -are, quae promisisti. **d nude:** VET. LAT. Is. 43, 25 (Ps. Ambr. paenit. 2 p. 973^b; *loq. deus*) ego sum, qui deleo iniquitates tuas et non -bor. Marc. 11, 21 (cod. 3, *sim. al.*) -tus Petrus ait: 'rabbi, ecce arbor fici, quam maledixisti: aruit'.

2 in memoriam revocando, commemorando (accedit dat. l. 35, praepos. de l. 33): exempla varia: VET. LAT. Ezech. 29, 16 (cod. 176) *spem* -antem iniquitatem ([gr. ἀναμνήσκονσαν, *Vulg. docentes*]. VVLG. III reg. 17, 18 [*mulier Sidonia ad proph. Heliam*] ingressus es ad me, ut -rentur i. meae?). IREN. 3, 21, 2 l. 49 *deus* inspiravit Hesdrae ... praetitorum prophetarum omnes -are sermones et restituere populo eam legem, quae data est per Moysen (*sed gr. ἀνατάξασθαι*). VITA Anton. prol. 4 l. 21 modica ... -ans, scribam vobis (i. -bo cod.; gr. μνημονεύσας). ALEX. TRALL. 1, 103 ut de mulsa debeamus (-are) (cod. Oxon. *ante corr.*, -ari Andecav., remorare *Paris.*; gr. II 55 μνημονεύσαι). REGVLA mag. 31, 8 horam psallendi abbati aut fratribus, ne ... eos ... hora praetereat, ipsi universis, -ent (i. Zelzer, -sos trad.). *cum acc. dupl.:* CASSIOD. hist. 2, 5, 6 *imperator* tyrannorum eos crudelitate -ans et honorabilem pacem (gr. Theodoret. 1, 7, 11 ἀναμνήσκων). NOVELL. Iust. 159 praef. p. 740, 9 *hi* dicebant se ... ideo positas nos -are leges (gr. ἀνεμύνησκον). *cum enunt. secund. interrog.:* GALEN. Agnell. in Galen. puls. 20, 1 *ea* in sequenti dicimus -antes, prius quanta[e] ... communicant (gr. ὑπομνήσαντες).

3 memorem reddendo, commonefaciendo (quis commonefiat, indicatur per acc. l. 46. 50. 54 [nom. in struct. pass. l. 52], dat. l. 47, de qua re, per praepos. l. 50): VET. LAT. Rom. 15, 15 (cod. 75, *sim. al.*) audacius ... scripsi vobis ... ex parte tamquam -ans vos (gr. ἐπιαναμνήσκων ὑμῶς, Pelag. *ad loc.* p. 116, 16 -ans vobis [*explicit*: recordans vos esse prudentes, sive: non ignaros doceo, sed commemoro ut scientes]; *Vulg.* in memoriam vos reducens). IREN. 1, 30, 11 Sophiam ... praemonentem et -antem homines in incorruptibile lumen et in primum hominem et de descensione Christi. CONC.⁵ I 3 Rustic. p. 165, 6 *a me* clarum exemplum factum est et -tus es exemplo rei ([gr. I 1, 2 p. 77, 21 ὑπεμνήσθης, vers. Tur. amonitus]. MVTIAN. Chrysost. hom. 23, 1 p. 377^{med}. [*spectat ad Hebr. 11, 7*] apostolus Paulus ex familiari e. eos, sc. Hebraeos, -vit [gr. p. 159^{extr}. ἀνέμνησε]).

deriv.: rememorabilis, rememoratio.

Palazzo.

1. remendo v. 1. remando.

2. remendo v. remedio.

Punici sigan, ... idem *remania* vocant *herbam symphoniacam*, i. *hyoscyamum* Ps. APVL. herb. interpol. 4 adn. 26 (cod. V; Punici gigan, ... Friges *rymenia cod. Ha*). *obscurum;* Diosc. gr. *Vind.* 4, 68 *λύπημα conferunt* Howald-Sigerist.

remēnsūro, -ātum, -āre. *a re- et mensurare. i. q. rursum mensurare:* *ineundo mensuram:* GROM. p. 348, 4 *Augustus* omnem terram ... fecit -ari ac veteranis assignari. *transmeando:* GLOSS. V 328, 57 *remenso*; -to (i. e. g. pelago *Verg. Aen.* 2, 181). ? *attribuendo (si explicatiōni aet. posterioris subesse putes Vet. Lat.):* GLOSS. bibl. cod. Aug. ed. Labhardt n. 1928 *remetietur (Marc. 4, 24, cf. vol. V 1, 477, 56):* -bit.

remēnsus v. remetior.

rementus v. reminiscor.

Bk.

remeo, -āvī, -ātūrus, -āre. *a re- et meare.* NOT. Tir. 80, 41 -at. *de genere:* c. acc. obi. int. p. 1024, 15, *pass. impers. p. 1021, 74 et MAX. TAVR.* 38, 4, *depon. in var. l. LEX Burg. lib. const.* 39, 4. *de notione:* FEST. p. 277 -are: redire (*affert AFRAN. p. 1020, 41*). SYNON. Cic. p. 441, 32 *redit. -at eqs. (v. p. 507, 69)*. GLOSS. -at: ἀνακάμπει, ἀναστρέφει, καταπορίζει, ἐπανάρχεται. *sim. al., e. g. p. 1021, 21. legitur in*

versibus inde a PLAVTO, ?ENN. (v. p. 1021, 13), AFRAN., VERG. (frequentius apud SEN. trag., LVCAN., VAL. FL., SIL., STAT.), in orat. soluta inde a VAR- RONE, CIC. (semel), LIV., SEN. philos. (frequentius apud PLIN. nat., TAC., APVL. et e. g. GREG. M.). [confunditur in codd. maxime c. remanere, e. g. COLVM. 1, 8, 7 PLIN. nat. 21, 73 PS. APVL. Ascl. 30 AVG. c. Pelag. 4, 8, 24 (cf. p. 1023, 38), remanare p. 1007, 34, remereri PS. AVG. quaest. test. 127, 17.]

*ferē i. q. retro meare, redire (re- praeverbium reversionem indicat ad locum sim. retro positum [sub I eodem, unde abitum est], ceterum maxime ad aliquid, quod vel prius est vel minus, inferius sim.; hic illic fort. i. q. iterum meare, e. g. p. 1024, 15 et sub p. 1022, 21 sqq. 47 sqq.; gr. respondet imprimis ἐπανάρχεσθαι, e. g. p. 1022, 64. 1023, 13 [cf. κατέρχεσθαι p. 1022, 16], ceterum e. g. μετακινεῖσθαι p. 1023, 72, ὑποστρέφειν p. 1022, 29; in contextu variat maxime c. redire, e. g. p. 1021, 61. 1022, 20. 35. 39, et reverti, e. g. p. 1022, 20. 36): I eodem fere -atur, unde abitum est, ubi quis (quid) prius fuit: A respicitur motus localis: 1 -ant animantes (quolibet modo euntes, nota e. g. natando l. 36, navibus l. 34, pedibus l. 50): a generaliter: α -ant homines (anima hominis a corpore soluta p. 1021, 66, dei l. 35): ① varia exempla (selecta inde a VAL. FL.; saepe domum vel in castra revertuntur): PLAVT. Asin. 228 (*loq. lena*) -ato audacter, mercedem si eris nactus: nunc abi. LIV. 9, 3, 7 *Pontius Sannis* consultus ab nuntio ... censuit omnes Romanos ... involantes dimittendos; quae ubi spreta sententia est iterumque eodem -ante nuntio consulebatur, censuit eqs. SEN. Phaedr. 121 (*loq. Phaedra*) non si ... *Daedalus* -et, ... promittat ullam casibus nostris opem. 217 (*nutrix ad Phaedram*) metue ac verere scepra -antis viri. COLVM. 1, 8, 7 nec egredi terminos vilicus debet, nisi ut addiscat aliquam culturam, et hoc si ita in vicino est, ut -are possit (remanere var. l., re manere *Lundström*). LVCAN. 5, 678 non tam -ans Caesar ... quam tacitā sua castra fugā comitesque fefellit. PLIN. nat. 6, 106 *navitae sim.* ex India renavigant mense ... Decembri ...; ita evenit, ut eodem anno -ent. 12, 5. VAL. FL. 8, 268 *Iason* qua libuit -at cum virgine (i. cum ea virgine, quae ei placuit; sunt qui qua pro adv. accipiant). TAC. hist. 5, 22, 1 *legatus* profectus ... ad visenda castra ... navibus -bat. CE 271, 7 (a. 134/8) malas hominum ... numina fraudes ... fugere, ... *nunc* per occultas -ant rimata latebras. PALLAD. hist. mon. I 19, 3 p. 277^b rursus natando -vit (gr. p. 59, 12 διεκλόμβησεν αὐθις, antea: totum fluvium natando transmisit). *al.**

② cum additamentis selectis; indicatur: A quo -etur:

① ad locum vel rem: varia exempla: PLAVT. Epid. 662 -bo intro, ut adcurrerent advenientes hospites. AFRAN. com. 94 vetuit me sine mercede ... -are in ludum. MANIL. 5, 579 *Perseus* ad litus -at ([i. ad rupem, de qua vincita pendet *Andromeda*]. MART. CAP. 6, 666. GREG. TVR. glor. mart. 71 velociter litori, de quo digressus fuerat, -vit). MELA 2, 1 per ... amnem *Tanain* in Maetodia -antibus ad dexteram Europa est, modo sinistro lateri innavigantium adposita. SIL. 7, 158 *Campanas* -at ... *Hannibal* in oras (de primo eiusdem incursu cf. 6, 650 sqq.). TAC. ann. 13, 47, 2 quoniam diverso itinere Sallustianos in hortos -verit *Nero. al. domum, in patriam sim.:* OV. met. 15, 480 talibus ... instructo pectore dictis *Pythagoram* in patriam -asse ferunt (IVVENC. 1, 286 p. -are parabant. al.). PLIN. nat. 7, 176 (e *Varrone*) quendam, qui efferretur foro, ut *sepeliretur*, domum -asse pedibus (APVL. met. 10, 26, 4 ARNOB. nat. 2, 8 IVVENC. 1, 47. al.). SIL. 1, 616 *senatores aetatis belli Punici* ad parvos curru -bant saepe penates (STAT. silv. 3, 5, 12 *Euboicos fessus* -are p. cf. p. 1021, 22). TAC. ann. 14, 25, 2 patrias in sedes (cf. p. 1021, 8). *al.* ② ad hominem (v. etiam e. g. p. 1021, 47): LIV. 9, 16, 3 *legatis pacem petentibus* ... triste responsum ab consule ... *redditum erat*, nisi praesidio Samnitium interfecto ... ne ad se, i. ad consulem, -rent. STAT. Theb. 9, 331 *festinus* ad oscula matris ... -at. IVL. VAL. 1, 15 l. 644 (*Alexander ad matrem*) -es ad coniugem, censeo, et redde te marito morigeram. *al.*

③ unde -etur (fere domum): COLVM. 1, 8, 20 *pater familias* et illa meminert, cum e civitate -verit, deos penatis adorare eqs. SIL. 12, 605 *Iuppiter Aethiopum* -ans tellure eqs. TAC. ann. 1, 3, 3 *Gaium* -antem Armeniā ... mors ... abstulit. 2, 69, 1 *Germanicus Aegypti* -ans. *al.*

β -ant animalia: aves (apes l. 69 sqq.): VARRO rust. 3, 5, 7 *turdi* ex Italia trans mare -ant (antea: in Italiani trans mare advolant ... et eodem revolant. item de avibus hieme aestateque loca commutantibus: PLIN. nat. 10, 66). 3, 7, 1 fit, ut agrestes *columbae* ... sequantur turres, in quas ex agro evolant suapte sponte ac -ant (cf. NEMES. ecl. 2, 65 *aedon* scit rursus -are domum eqs.). COLVM. 9, 8, 12 *apes* se recipiunt nec -ant ad aquam (ad alveum: PLIN. nat. 11, 21, 73). *al. varia (cf. p. 1021, 49):* LIV. 24, 3, 5 sponte greges ... nocte -bant ad stabula. MELA 3, 43 *tigres* proiectum *catulum* excipiunt et ad cubilia sua referunt, rursusque et saepius -ant atque idem efficiunt (inde PLIN. nat. 8, 66). PLIN. nat. 9, 7 exeunt ex aqua ... pecori similes beluae ... in terram pastaeque radices fruticum -ant (sim. 9, 36). *al.*

b specialia quaedam: **α -ant, qui inter pugnam vel bellum et castra vel domum eunt (sc. fere milites, copiae sim., sed latrones l. 32; terga vertentes, receptui canentes v. p. 1023, 66sq.):** ① *domum, ad castra revertentes:* **Ⓐ varia exempla (selecta inde a LVCANO):** ENN. frg. var. 91 v. l. 13. SEN. Ag. 580 (loq. Clytaemnestra) Agamemnona virum -asse laetor. Herc. f. 277 (*Amphitryon ad Herculem*) adsis sospes et -es tuis tandemque venias victor ad victam domum. MELA 2, 33 *Scione urbs* ab Achivis capto Ilio -antibus posita. LVCAN. 1, 690 patriae sedes ... in urbis. 5, 237 domitis Caesar -bat Hiberis. STAT. silv. 2, 1, 118 casus tarde -antis Vlixis. TAC. ann. 12, 17, 3 in regressu dispar fortuna fuit, quia navium quasdam -qu(ipp)e mari -bant - in litora ... delatas circumvenere barbari eqs. APVL. met. 7, 1, 3 castra nostra -astis eqs. LACT. inst. 1, 14, 10 (ex *Ennio, ut vid.*) Iovem adultum ... Titanum ... ac filios eius pugna vicisse, parentes vinculis exemisse, patri regnum reddidisse atque ita in Cretam -asse. DICT. 6, 2 *Troia capta* Graecos ad suos -are. *al. in imag. -are dicuntur triumphi (cf. Haskins, comm. 1887, ad l.):* LVCAN. 7, 256 (*Caesar ad milites ante pugnam Pharsalicam*) haec est illa dies, mihi quam Rubiconis ad undas promissam memini ..., in quam distulimus vetitos -are t. **Ⓑ ad subi. accedit praedic. indicans, qua condicione sim. quis -et:** VERG. Aen. 2, 95 (loq. *Sinon*) si patrios umquam -assem victor ad Argos eqs. ([GLOSS. IV 163, 49 -assem: redissem]. SEN. Ag. 395 -at ... tandem ad penates v. Agamemnon suos. LVCAN. 2, 553 utinam ... sospes et Scythicis Crassus v. -asset ab oris. VAL. FL. 4, 589. *al.; cf. l. 51. p. 1022, 3).* 11, 793 (loq. *Aeneae socius*) haec dira meo dum vulnere pestis, *i. Camilla*, pulsā cadat, patrias -bo inglorius urbes. SEN. Ag. 191 *Agamemno* post ... versum Ilium captae, *i. Cassandrae*, maritus -at et Priami gener. 412 (loq. *praeco*) *Agamemno* -at ... victo similis, exiguis trahens ... victor classe de tanta rates. Herc. O. 295 *Hercules* incolumis illi *Iolae* -at. STAT. Theb. 9, 645 *Apollo* -bat ab armis maestus Echioniiis. 12, 164 Thesea fama est Thermodontiaco laetum -are triumpho. TAC. ann. 15, 10, 2. APVL. met. 4, 8, 6 (loq. *latro quidam*) incolum numero castra nostra petivimus et ... octo pedibus auctiores -vimus. *al.*

Ⓒ ad pugnam, bellum revertentes: VAL. FL. 3, 127 leves de more manūs aciemque Pelasgum per noctem -asse ratus. SIL. 2, 188 (*in Poenorum pugna contra Saguntinos*) iamque aderat -ans virgo (*i. Asbyte, socia Poenorum*), inter proelia postquam distringi Therona *Saguntinum* videt eqs. 17, 233 (*Hannibal secum loq.*) ibo et castrorum relegens monumenta meorum, qua via nota vocat, -bo Anienis ad undas. *al.* TAC. ann. 3, 21, 4 *dux hostium* spargit bellum, ubi instaretur cedens ac rursum in terga -ans. HEGES. 1, 32, 6 p. 62, 6 (loq. *Herodes*) video ... illos *Arabes* ... in aciem -visse (cf. gr. l. 373 ἤζον).

β -ant, qui e missione sim. revertuntur (sc. nuntii, legati sim.): OV. met. 11, 632 Iris ... -at, per quos modo venerat arcus. SIL. 1, 573 (*Saguntini ad legatos, quos Romam mittunt*) mandati summa est: dum stat, -ate, Saguntōs. STAT. Theb. 3, 236 -at portans inmania Tydeus ausa. 7, 486 -at iam missus ... nuntius. 9, 66. TAC. Agr. 40, 2 libertum ... missum ad Agricolam ..., ne appellato quidem eo ad Domitianum -asse. *al.*

γ -ant, qui (quae) submersi sub aqua ad summas aquas emergunt (cf. p. 1022, 40): MANIL. 5, 609 confossis subseedit belua membris plena maris summasque iterum -vit ad undas (re(g)navit var. ll.). LVCAN. 3, 702 *miles quidam*, ubi comprehensum penitus deduxerat hostem, victor et incolumis summas -bat in undas (cf. l. 20sq.). SIL. 14, 554. EVSTATH. Basil. hex. 7, 6, 11 (*in imag.*) de gurgite pelagi -antes revertamur ad terram (gr. p. 161^D ἀναδραμόντες ἐκ τῶν βυθῶν).

δ -ant, qui inter terram et caelum vel inferos eunt (sc. fere homines eorumve animae sim.; deus e. g. l. 64, Christus p. 1022, 3sq.): ① *ab inferis, mortuis ad terram revertentes:* SEN. Herc. f. 681 ne -andi amplius pateat facultas, *Lethe* flexibus multis gravem involvit amnem (cf. Herc. O. 1527 regnum canis inquieti, unde non umquam -bit *Hercules* [con. Leo, -vit trad.]). Herc. O. 1767 (*Alcmene ad Herculem*) ad Tartara olim ... rediturus ibas; quando ab inferna Styge -bis iterum? 1952 (1947 redis iterum) -are licet soli tibi? VAL. FL. 3, 387 patet ollis, *i. necatis*, ianua leti atque iterum -are licet. STAT. Theb. 2, 2 *Mercurius* gelidis ... umbris ... -at. *al. -at anima ad corpus:* PLIN. nat. 7, 174 reperimus ... cuiusdam animam relicto corpore errare solitam ... corpore interim semianimi, donec cremato eo inimici ... -anti animae veluti vaginam ademerint. AMBR. obit. Valent. 44 anima ... -bit ad corpus et faciet illud ... revivescere. AVG. civ. 10, 30 p. 452, 23. ALC. AVIT. carm. 6, 227 Christus ... animam, vivos quae movet -ret in artus, ... efflaverat ore. *al.*

Ⓒ e terra revertentes: **Ⓐ in caelum, paradisum, ad deos sim.:** vario contextu: VAL. FL. 1, 567 (*Iuppiter Argonautis*) durum vobis iter ... caeli institui; ... sic orbe peracto Liber et expertus terras -vit Apollo. SIL. 9, 486 -antis in aethera divae, *i. Minervae*. APVL. Socr. 16 p. 155 vitā editā -andum est. ARNOB. nat. 2, 33 vos *gentiles* in aula dominicam tamquam in propriam sedem -turos ... praesumitis. LACT. inst.

7, 20, 8 (*Stoicorum doctrina*) animas eorum, qui iusti fuerunt, ... ad sedem caelestem, unde illis origo sit, -are. *al. in religione Christ.:* MAR. VICTORIN. hymn. 3, 256 -ans victor ad patrem (*Christus* ut: GAUDENT. serm. 14, 5 pater ... caelestem thronum possidet, ubi [i. quo] -are filius ... perhibetur. AVG. in euang. Ioh. 69, 3. *al.*). AVSON. 2, 3 (153 S.), 24 (*antea p. 1008, 37*) nec solam -are animam, sed corpore toto caelestes intrare plagas. AVG. c. Pelag. 4, 8, 24 eos, qui Christi gratia liberantur, in paradisu -are. *al.* **Ⓑ ad inferos, mortuos:** SIL. 13, 852 (*Sibylla Scipioni*) animas tibi, quae potant oblivia, paucas in fine enumerasse paro et -are tenebris. CLAUD. carm. min. 30, 150 -antem rursus ad umbras Phylaciden, *i. Protesilaum*.

ε -ant, qui ab exilio, captivitate sim. domum vel in patriam revertuntur: SIL. 9, 84 *Poenorum captivus* furtim castris evadit iniquis; sed fuga nuda viri; ... dextra -bat inermi. 14, 152 *qui olim Poenorum captivus erat*, patrias -arat ad oras. VLP. dig. 50, 16, 141 qui ab hostibus -bit. IVL. VAL. 2, 29 l. 935 *ut* ad patriam -rent. HEGES. 1, 2 Babylone -ans Israel servitio exutus in suam terram sese recepit (gr. l. 70 κατήλθεν ὁ λαὸς εἰς τὴν χῳράν. *item de Israelitis ex exilio revertentibus:* 5, 16 p. 329, 11 Exc. barb. p. 314, 24). 5, 16 p. 324, 10 (cf. gen. 12, 10sq.) -at Sarra ditior salvo pudore, revertit Abraham sanctior (*antea: rediit Sarra*). *al.*

2 -ant res: a proprie: α sidera sim.: MANIL. 1, 175 *ni ita esset*, non ageter cursus ... Phoebus ad occasum et nunquam -ret ad ortus. GERM. 720 oceano Geminus -are relicto (gr. 726 ἀνωῖσι). frg. 2, 11 anno solem -are videbis, moverit unde suos cursus. SEN. Ag. 818 lege mundi Iuppiter rupta ... noctis geminavit horas iussitque ... tuas lente -are bigas, candida Phoebe. Oed. 233 mitia ... -bunt sidera Thebis. epist. 88, 15 agit illa *sidera* ... inevitabilis cursus; per statas vices -ant. COLVM. 10, 291 Eoo -at ... Lucifer ortu. EVSTATH. Basil. hex. 6, 8, 9 sole ad australem regionem de aquiloni partibus -ante (gr. p. 137^A ὑποστρέφοντος).

al. β partes rerum (sc. restituuntur, redintegrantur, quae dissolutae erant): PLIN. nat. 6, 129 Tigris ... divisus in alveos duos, altero ... Seleucigam petit ..., altero ... campos Cauchas secat; ubi -vere aquae, Pasitigris appellatur. AVG. civ. 22, 19 p. 597, 24 si de limo vas fieret, quod rursus in eundem limum redactum totum de toto iterum fieret, non esset necesse, ut illa pars limi, quae in ansa fuerat, ad ansam rediret, ... dum tamen totum reverteretur in totum, id est, totus ille limus in totum vas nulla sui perditā parte -ret. DRAC. laud. dei 1, 400 deus ... ambos, *i. Adam et Evam*, coniunxit in unum et -at sua costa viro (381sq. subducitur una sensim costa viro, sed mox reditura marito). **γ navis (sc. quae ad summas aquas emergit [cf. p. 1021, 48sq.]):** SIL. 17, 272 ratis aetherias -vit ad auras (269sq. unda ... puppim ... sub ... aequoris aggeribus tenuit ceu turbine mersam).

b per speciem motus -are dicitur: id, quod recurvum, reflexum est: MELA 1, 56 *Labyrinthus* habet paene innumerabiles vias multis ambagibus huc et illuc -antibus. *vestis corpus cingens:* APVL. met. 11, 3, 5 palla nigerrima ... circumcirca -ans (v. p. 452, 27).

B sine respectu motus localis: 1 -ant, quae rursus apparent, contingunt, existunt sim.: **a aetates, tempora sim. (respic. iteratio dierum, annorum sim.):** TIB. 1, 4, 28 transiit aetas quam cito! non segnīs stat -atque dies (SEN. Phaedr. 315 non suum tempus tenuere noctes et d. tardo -vit ortu. SIL. 15, 811 nondum -ante d. [809 diem solisque vices non abstulit atra]. *al.*). APVL. met. 9, 32, 2 -ans annus post *autumnus* ... ad hibernas Capricorni pruinas deflexerat (cf. AVSON. 9 [323 S.], 20 [respic. dies natalis] sexta tibi haec primo -at trieteris ab anno, Septembres notis referens natalibus idus. SACR. Leon. 955 anni cursu -ante). carm. frg. 4, 4 (*respic. dies natalis*) lux haec optata canatur, quae bis septeno vere tibi -at (AVSON. 25, 3 [339 S.], 5 nox obitura vicem, -verit aurea cum lux. *al.*).

al. b status animi vel corporis: PLIN. nat. 7, 169 per singulas membrorum partes ... certis pestifer calor -at horis aut rigor. SIL. 12, 678 (*Hannibal ad milites*) -et, quaesio, mens illa vigorque, qua vobis ... integrare acies placitum. IVVENC. 1, 748 (*spectat ad Matth. 8, 8*) verbo satis est iubeas -are salutem (2, 343. 4, 324 ARATOR act. 1, 298). PALLAD. hist. mon. I 47, 18 p. 323^A si ... iste ... deo semper gratias agat, rursus ad eum ... -bit scientia bonorum actuum (gr. p. 140, 8 ἐπανέρχεται). *al. c cetera exempla:* SIDON. epist. 2, 3, 1 licet ... in Lares Philagrianos patricius apex tantis post saeculis ... -verit eqs. ARATOR act. 1, 118 (*respic. act. 1, 24sq.*) discipulis ... mystica causa dedit numerum -are priorem.

2 -ant, qui (quae) ad condicionem, actionem, statum sim. priorem vel solitum revertuntur (ad quem statum sim. -etur, aut e contextu intelligitur aut ostenditur, sc. fere per praepos. ad vel in c. acc.): a homines (animus l. 74): α ad quemlibet statum sim.: SEN. Ag. 240 (loq. *Clytaemnestra*) amor iugalis vincit ac flectit retro, -emus illuc, unde non decuit prius abire (referemus var. l., referimur con. Müller, fort. recte). Phaedr. 180 furor cogit sequi peiora; vadit animus in praecipens sciens -atque frustra sana consilia appetens. AVG. conf. 9, 10, 24 (*visione trans-*

gressi erant fines mundi) reliquimus ibi religatas primitias spiritus et -vimus ad strepitum oris nostri. COD. Iust. 1, 51, 5 (a. 415) nemo in provinciis, qui semel ... cancellarii ministerium gesserit, ad eandem observationem aliqua ambitione iterum -are concedatur. al. **β** *ad salutem, sanitatem* (*respic. fere salus, integritas corporis; transfertur ad salutem spiritalem* l. 9): APVL. met. 10, 11, 3 puer, qui mortuus putatur, ... dormit et protinus marcido sopore discusso -bit ad diem lucidam. ARNOB. nat. 1, 48 p. 42, 20 debilius corpora ad suas -are naturas. PASS. Thom. 52 qui a libidine se tollit et ad castitatem redit, hic a praecipitio -at ad salutem. **γ** *ad fidem vel ecclesiam* (*ad diabolum* l. 15): CYPR. epist. 54, 4 ad ecclesiam caritatis ac pacis unitate -atis (59, 15, 3 [antea: redeunt]). RVSTIC. c. aceph. p. 1169^c ad -andum ad fidem domini Christi (Conc. S. I 4 p. 43, 22 ad f. ... patrum -are sanctorum [gr. I 1, 5 p. 129, 22 ἐπιτελεθῆναι]). REGVLA mag. 88, 6 ut, qui monachus fieri vult, secum tractet, si debeat se ad deum firmare aut ad diabolum expediens -are. al.

b *res*: SEN. epist. 36, 11 (antea: diligentius docebo omnia, quae videntur perire, mutari) observa orbem rerum in se -antium. PS. APVL. Ascl. 30 *deus est ipsa immobilis aeternitas*, in quam omnium temporum agitatio -at et ex qua omnium temporum agitatio sumit exordium. SYMM. or. 3, 2 ad honesta officia facundiam posse -are. COD. Theod. 13, 6, 2 patrimonialia naviculariorum, quae ... in extraneorum dominia demigrarunt, in corporis sui ius proprietatemque -ent. Iust. 6, 37, 26, 1 post completum ... tempus ad heredem isdem legatus vel fidei commissis -antibus eqs. al.

3 -ant, qui in scribendo, dicendo post digressionem sim. ad propositum redeunt: AMM. 15, 12, 6 evectus sum longius, sed -bo tandem ad coepta (sim. 22, 16, 24). CLAVD. DON. Aen. 2, 435 p. 209, 5 -vit ad ea, a quibus recesserat. COSMOGR. 2, 1 ad propositum.

4 -ant, quae ad originem vel auctorem suum revertuntur (sc. ita ut res effectae auctori, origini tribuantur): BOETH. trin. 6 l. 363 M. si sententiae ... opitulante gratia divina idonea argumentorum adiumenta praestitimus, illuc perfecti operis laetitia -bit, unde venit effectus (i. ad deum, ut vid.).

II -atur varia ratione: **A** respicitur motus localis retro directus: **1** -ant res: **a** per motum sursum directum: CIC. nat. deor. 2, 118 eventurum ... putant Stoici ... ut ad extremum omnis mundus ignesceret, cum umore consumpto neque terra ali posset nec -ret, aer, cuius ortus aqua omni exhausta esse non posset (*aer, qui oritur ex aqua, sua levitate sursum ferri vid., cf. 117 aer fertur ... levitate sublimi, sed tamen in omnes partes se ipse fundit; ... naturam fertur ad caelum. ... remaneret codd.* Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 340, 5). AETNA 330 summis decurrere ventos faucibus atque isdem pulsos -are (*item de ventis*: PLIN. nat. 2, 103 venti ingruunt inanes iidemque cum rapina -ant [antea: vapor ex alto cadit rursusque in altum redit]. 2, 134 vertex ... -ando distat a turbine [cf. 132 vertex inlisu ipso repercussus correpta secum in caelum refert]). PLIN. nat. 2, 142 in divinatione nec tam adventus fulgetri spectatur quam reditus, sive ab ictu resilit ignis sive ... igne consumpto spiritus -at. APVL. met. 1, 19, 3 ut ... frustulum panis ... mediis faucibus inhaereret ac neque deorsum demere neque sursum -are posset (10, 31, 2 color deae Veneris diversus in speciem, corpus candidum, quod caelo demeat, amictus caeruleus, quod mari -at).

b vario modo; -ant: **a** variae res: SEN. dial. 1, 6, 9 haustus ignis cursum animae -antis interscidit. LVCAN. 9, 53 ne forte repulsus litoribus Phariis -ret in aequora truncus Pompei. SIL. 16, 66 -ans ... dextera ab ictu decisa est gladio. CAEL. AVR. chron. 2, 11, 135 -antis materiae, i. sanguinis, causa laxiora transvolarionis efficiuntur loca et aegrotantes ... sanguinem respuunt (antea: defluerit sanguis). **β** aquae: MELA 3, 21 Garunna ubi obvis (obvious trad.) oceani exaestuans accessibus adauctus est, iidemque retro -antibus suas illiusque aquas agit, aliquantum plenior ... fit. LVCAN. 4, 113 tu, Neptune, -are vetes quoscumque emiseras aestus. PLIN. nat. 2, 212 aestus maris bis inter duos exortus lunae adfluunt bisque -ant (*item de mari aestuanti*: SIL. 3, 55 mox -at gurgis tractoque relabitur aestu). 5, 90 Euphrates increscit ... Nili modo statis diebus, ... minui incipit in Virginem e Leone transgresso sole, in totum vero -at in XXVIII parte Virginis. TAC. hist. 1, 86, 2 corrupta stagnantibus aquis insularum fundamenta, dein -ante flumine dilapsa.

2 -ant animantes (fere homines, sed animalia p. 1024, 5 sq.): **a** in re militari sim. respiciuntur, qui se recipiunt vel fugiunt, terga vertunt, receptui canunt (sc. fere milites sim., sed venti l. 71): LVCAN. 8, 387 Medos proelia prima exarmant vacuaque iubent -are pharetra. VAL. FL. 4, 142 -are ... ocuis (140 sq. fuge ... certo ... passu, dum datur. cf. CLAVD. DON. Aen. 1, 135 p. 37, 3 [Neptunus ad ventos] 'maturate fugam', hoc est celeris -ate). SIL. 9, 31 vertere ... terga et -are. HEGES. 5, 20, 2 p. 341, 22 milites non ante -andum putarunt, ... quam subiectis ignibus adolerent obsidialium instrumenta machinarum (gr. 5, 477 οὐ πρότερον ἐκ τοῦ κινδύνου μετεκινήθησαν. antea: prouentes ... non retractarunt). al. **b** vario contextu (motus in alteram partem directus indicatur hic illic per verbum,

quod praecedit, e. g. l. 1. 12): PLIN. nat. 2, 181 cursori Alexandri eunti cum sole iter erat, eundem -ans obvium solem contrario praetervertebat occurru. 30, 89 qui stalionem capere volunt, opponunt qu(asi n)massas, quarum angustiis etiam gaudet stelio, eo facilius exuens circumdatum torporem, i. membranam; sed relicto non potest -are (sim. SIL. 5, 51 v. vol. IX 1, 114, 59). VAL. FL. 6, 757 (753 sq. Medea, postquam e moenis proelium spectaverat, muris digreditur) haud alio -at Medea tumultu (i. animo perturbata, comparatur antea bacchantibus). SVET. vita Plin. p. 93, 6 cum ... flagrante Vesuvio ad explorandas propius causas liburnica pertendisset, nec adversantibus ventis -are posset eqs. APVL. met. 9, 18, 3 cum amator ... fide tenebrarum ... absconditus introrepere et intra momentum temporis -are posset. al.

B sine respectu motus localis: -atur tempus, quod repetitur (v. Kießling-Heinze ad l.): HOR. sat. 1, 6, 94 si natura iuberet a certis annis [aevum] -are peractum atque alios parentes legere eqs. (i. obi. int.). -are dicitur poena, quae prius constituta erat, cum exagitur, infligitur: CYPR. GALL. iud. 570 cum nemo aenigma a Samson positum solveret (iud. 14, 14) et septem post poena dies -ret amicis, confusi struxere dolos.

-at quantitas, quae minuitur: BOETH. arithm. 2, 1, 4 l. 35 si sit quadrupla proportio, primo ad triplam, inde ad duplam, inde ad aequalitatem usque -are (syn. l. 37 redire). 2, 1, 6 l. 53 ex his ... ipsi idem si feceris, ad duplam proportionem rursus comparatio -bit (l. 57 redigitur).

appendicula syntactica; variis additamentis indicatur: **1** quo -etur (ad quem locum, statum, ad quam personam, actionem sim.; v. e. g. p. 1020, 38 sq.): saepissime per praepos. ad, in c. acc. (c. pron. refl. v. p. 1023, 17) vel per adv.; per acc. nudum, sc. domum p. 1020, 50 sq. 69 et saepius, nomina urbium e. g. SIL. 1, 276 APVL. apol. 59, 1, ceterum e. g. p. 1020, 49. 53. 1021, 12. 25; per dat. personae e. g. l. 18. p. 1021, 6. 28. 1022, 38, loci vel rei e. g. p. 1020, 43. 1022, 10. notio revertendi, retro eundi verbo inhaerens saepe additamentis acuitur, sc. iterum e. g. p. 1021, 50. 1023, 4, retro p. 1023, 57, rursus e. g. p. 1020, 36. 68. 72, sim. al.

2 unde -etur (ex quo loco, statu, ex qua actione, a qua persona sim.; v. e. g. p. 1020, 60 sq.): saepe per praepos. ab, de, ex vel per adv.; per abl. nudum e. g. p. 1020, 62 sq. 1021, 63. **3** ubi vel qua via -etur: per adv., abl. loci, praepos. per vel trans, v. e. g. p. 1020, 43. 47. 65. 1021, 11. 43.

deriv.: remeabilis (sed v. p. 1008, 21), remeaculum, remeatio, remeatus (-ūs).

compos.: irremeabilis.

Fischer.

remergo, -sī, -ere. a re- et mergere. NOT. Tir. 72, 78 -it. 72, 85 -sit. i. q. rursus mergere: AVG. conf. 8, 5, 12 (in similitudine) qui expergisci volentes tamen superati soporis altitudine -untur.

rēmes v. remex.

Bk.

*remētior, -mēnsus sum, -īrī. a re- et metiri. scribitur remit- VET. LAT. Marc. 4, 24 (cod. 11; remitt- cod. 8), in var. l. Matth. 7, 2 (Regula mag. them. or. dom. 58) et hic illic in codd. rec. NOT. Tir. 72, 62 -itur. de genere et formis: sensu passivo part. perf. p. 1025, 3 sqq. (in abl. absol., ut l. 70. p. 1025, 7 sqq. 11 sq.). 14, formae praes. p. 1025, 28 et impers. l. 68. p. 1025, 30 sqq.; nota etiam formas activas fut. in var. l. -am p. 1025, 26. ceterum fut. -iebitur VET. LAT. Marc. 4, 24 (cod. 11), part. perf. -titus Matth. 7, 2 (Ps. Ioh. Med. hom. 5 p. 755). de notione (v. etiam p. 1025, 1): DOSITH. gramm. 74, 2 ἀναμετρώ: -or. GLOSS. IV 461, 27 recolligo: -or (462, 1 -or: r.; fort. explicat p. 1025, 38). V 328, 57 -so: remensurato. GLOSS. I Ansil. RE 972 -so: recepto. 974 -or: reconside-ro. legitur in poesi singulis binisve fere locis apud LVCR., VERG. (ter), SEN. trag., VAL. FL., STAT., MART. al., maxime part. perf., in hexametris semper in fine versus; in prosa orat. inde a SEN. philos., maxime in locis e sacra script. (v. p. 1025, 29 sqq.) pendentibus. [confunditur in codd. c. remittere p. 1025, 51 et VET. LAT. Matth. 7, 2 (Lucif. Athan. 2, 4 l. 72); in var. l. pro metiri PLIN. epist. 8, 11, 2 (cf. p. 1025, 30 sqq.).]

i. q. rursus metiri (accedit adv. retro l. 68, totiens p. 1025, 6. 48; adhibetur reflexive p. 1025, 48; gr. resp. μετρεῖν p. 1025, 30. 32, ἀναμετρεῖν p. 1025, 50, ἀναμετρεῖν p. 1025, 33); praeverbium spectat ad: **1** motum retro versum; actio fit: **a** spatium permetiendo, percurrendo, trans-eundo (significatur actio et eundi et redeundi p. 1025, 6; iuxta ponitur redire p. 1025, 4. 9. 42 [rursus ire p. 1025, 4]; opp. emetiri p. 1025, 15, transcurrere l. 74): **a** spatium, iter terrenum sim. (adde infernum p. 1025, 11): LVCR. 2, 516 ab ignibus ad gelidas iter usque pruinas finitum est retroque pari ratione -sum est (fv. app. crit.). STAT. Theb. 3, 324 -sus i. ... Tydeus. FRONTIN. strat. 3, 11, 4 Viriathus, cum tridui i. discedens confecisset, idem illud uno die -sus eqs. SYMM. epist. 4, 49 -so i. [pass.]). CVRT. 5, 3, 23 Alexander retro evadere ... iubet; xxx fuere stadia, quae -si sunt (PLIN. nat. 2, 181 Alexandri cursor ... mille et ducenta s. ... confecit horis paucis ... -sus est). TERT. nat. 1, 18, 11 gladiator quidam inter venatorios ordine transcurso -sus est (sc. ordinem). SYMM. epist. 7, 35, 3 tu potius -iri ad nos viam ... deberes. **β** mare (ipsam navigationem p. 1025, 9;

[Palazzolo]

non nisi sensu pass.; cf. GLOSS. IV 461, 48 -so: [renavigato], [corr. Goetz in indice]: VERG. Aen. 2, 181 (loq. Sinon) quod ... Danaï petiere Mycenae, ... pelago ... -so improvisi aderunt (VAL. FL. 2, 501 p. ... -so cauda monstri redit). 3, 143 rursus ad oraclum Ortygiae Phoebumque -so hortatur pater Troianos ire mari (PS. QUINT. decl. 12, 16 nondum tibi obicio duplicata tempora itineris nec -sum totiens m. MARCELL. chron. II p. 97, 508. IORD. Rom. 380 -so ... Adriatico m. Epiro revertitur). PRVD. perist. 5, 494 cernunt ... fiscellam vectam -so marmore labi retrorsum. MARCELL. auct. chron. II p. 104, 535, 1 -so ... navigio Trinacriam redit. **γ** *fluuium* (sc. transeundo; non nisi sensu pass.): VAL. FL. 3, 227 illum Coeum fluiis et nocte inferorum -sa ... reppullit Cerberus. CLAVD. 28, 302 -so ... Pado. arm. min. 31, 13 Nilo ... -so (sc. a gruibus volantibus). **δ** *caelum*: PRVD. ham. 850 exsuperat ... polum fervens scintilla, i. anima in caelum rediens, -sum (pass.). MACR. somn. 1, 6, 53 (de motu lunae) ad totam zodiaci latitudinem emetiendam -endamque.

b *mensurando, eādem mensurā reddendo (iuxta ponitur reddere l. 18sq.): a eandem rem*: SEN. dial. 1, 3, 13 quidquid vini biberunt, vomitu -entur (epist. 95, 21 ingesta ... per os reddunt et vinum omne v. -untur). MART. 6, 89, 5 fide summa testae sua vina -sus reddidit oenophori (i. vesicae) pondera plena sui.

β *aliam rem, sc. compensatione, retributione sim.*: ① *accedit obi. indicans id: quod alia re compensatur*: PS. QUINT. decl. 12, 19 frumentum pecunia -imur (-amur codd.). *quod compensando redditur*: AMBR. epist. 8, 61 non tam -enda amicitiae munia quam cumulanda arbitror. VVLG. Is. 65, 7 (loq. deus) retribuam in sinu eorum peccatorum iniquitates vestras ... et -ar (-am var. l.) opus eorum primum in sinu eorum. AVG. epist. 102, 27 in eadem ... mensura quamvis non aeternorum malefactorum aeterna supplicia -untur (pendet e l. 30sq.). ② *pass. impers.*: VET. LAT. Matth. 7, 2 (cod. 12, sim. al.) in qua mensura mensi fueritis, eādem -etur vobis [gr. μετρηθήσεται, cod. 3. al. et Vulg. metietur]. sim. Marc. 4, 24 [cod. 5, sim. al. et VVLG.] in qua mensura metieritis, -etur vobis [gr. μετρηθήσεται, cod. 2 metietur]. Luc. 6, 38 [cod. 14, sim. al. et VVLG.] eādem mensurā, qua mensi fuerit, -etur vobis [gr. ἀντιμετρηθήσεται, cod. 4. al. metietur]. explicat TERT. adv. Marc. 4, 17, 9 ut opinor, haec retributionem pro meritis provocatam sonant. pendet e. g. l. 28).

2 *notionem iterativam: a percurrendo: a cogitatione, verbis sim.*: VERG. Aen. 5, 25 (loq. Palinurus) si modo rite memor servata -or astra (sc. cogitatione; cf. SERV. ad l. colligit). SEN. dial. 5, 36, 3 totum diem meum scrutor factaque ac dicta mea -or. STAT. silv. 4, 7, 54 omne ... mundi senium -sus (sc. historiam omnium saeculorum scribendo). APVL. met. 1, 4, 6 tu sodas, qui coeperas, fabulam -ire (2, 20, 7 f. illam tuam -ire). **β** *temporaliter (fort. huc l. 48)*: SEN. Med. 31 Sol non redit in ortus et -itur diem? MAR. VICTOR. aleth. 3, 612 (spectat ad gen. 18, 10) Sara te ... annum sole -so esse patrem faciet.

b *mensurando (accedit vis limitandi l. 48)*: SEN. dial. 6, 21, 2 (nisi ad ab) si aetas nostra omni temporari compararetur, cuius maior est mensura quam mundi, utpote cum ille, sc. mundus, se intra huius spatium temporis totiens -atur (ἐκπαρῳσέων causa multi mundi se temporari inserunt). HIPPOCR. aer. 8, 13 in vas mensura infundens aqua(m) pone(re) sub divo, ut gelet ..., cum autem calore resolutum fuerit, -e(n)s, aquam invenies aliquantum minus (Kühlewein, remediens, remittens var. ll.; gr. ἀναμετρεῖν). **Palazzolo.**

remex, -igis m. [vox composita e subst. rēmus et *ag-, cui subest radix *e₂eg- 'agere' (Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, 2001, 255 sq.); cf. Leumann, Gramm. 1977, 393. Mei.] *de origine*: CHAR. gramm. p. 111, 21 -x ... a remo agendo (sim. PRISC. gramm. II 278, 7 remigio -x -is. cf. l. 63). *scribitur nom. sing. -mix* GLOSS. II 314, 7. 357, 50. 513, 22 et NOT. Tir. 109, 91, -mes p. 1027, 62. *de formis*: CHAR. gramm. p. 110, 25 alia nomina genitivum habent per 'gis', ut ... -x -is (sim. p. 111, 18. 182, 21 [e Romano]). PRISC. l. 56. al.). *trahitur abl. sing. -i* ASTER. ad Renat. 5 l. 56, gen. plur. -ium TAC. hist. 4, 16, 3. 5, 23, 2 (in var. l. BELL. Alex. 20, 1 SYMM. epist. 2, 4, 2 VVLG. Is. 33, 21). *de notione* (v. etiam p. 1027, 62): ISID. orig. 19, 1, 6 -x vocatus, quod remum gerit. GLOSS. V 142, 48 -es: gubernatores. GLOSS. II Philox. RE 149 -es: ἐρέται, κωπηλάται. Corp. R 73 -x: roedra (anglosax.). al. legitur inde a PLAVTO (bis), CAECIL. (v. p. 1027, 24), CATONE (bis), frequentius apud CIC., LIV. [confunditur in codd. c. regimen p. 1027, 10. 23, remigium p. 1027, 71 (cf. l. 61); restit. VELL. 2, 84, 1 re(mi)ges.]

i. qui remum agit, remigat (gr. resp. ἐρέτης p. 1026, 68, κωπηλάτης p. 1027, 35): I proprie (proverbialiter p. 1026, 12, in compar. e. g. l. 75sq. p. 1026, 14. 1027, 15; notione per synecdochen dilatata respici vid. tota navis vel classis p. 1026, 18. 19. 1027, 2. 20): A quolibet contextu (disting. gubernator p. 1026, 14, hortator l. 75, pausarius p. 1026, 13, portisculus p. 1026, 16): 1 usu communi (exempla selecta inde ab OV.): PLAVT. Merc. 696 coquos, quasi in mari solet hortator -es hortarier, ita

hortabatur Demipho. Poen. 1314 tu plenior ali ulpicique quam Romani -es. CIC. de orat. 1, 153 ut concitato navigio, cum -es inhibuerunt, retinet tamen ipsa navis ... cursum suum intermisso inpetu ... remorum, sic eqs. (cf. Att. 13, 21, 3 p. 1084, 36. ibid. inhibitio ... -um). HOR. epod. 17, 16 laboriosi -es Vlixei (de eisdem: SEN. dial. 10, 13, 2. IUV. 15, 22 citius ... crediderim ... cum -bus grunnisse Elpenora porcis. BOETH. cons. 4 arm. 3, 21. v. etiam l. 24sq.). PROP. 2, 27, 13 iam licet et Stygia sedeat amans sub harundine -x, cernat et infernae tristitia vela ratis eqs. (cf. SEN. Herc. f. 557 uno tot populi -e, i. Charonte, transeunt). OV. am. 3, 6, 3 (ad amnem) nec tibi sunt pontes nec quae sine -is, i. portitoris, ictu concava traiecto cumba rudente vehat. ars 1, 368 (proverbialiter) hanc feminam matutinos pectens ancilla capillos incitet et velo -is addat opem. SEN. Tro. 920 (loq. Helena) sin rapta Phrygiis praeda -bus fui eqs. epist. 56, 5 pausarium ... -bus modos dantem. QUINT. inst. 5, 11, 26 ut -es sine gubernatore, sic milites sine imperatore nihil valere. IUV. 4, 49 (45 cumbae linique magister) cum -e nudo piscante. FRONTO p. 227, 17 ut ... (te) portisculorum et -um visu audituque oblectares. al. 2 sing. collect.: VERG. Aen. 4, 588 vacuos sensit Dido sine -e portus (MANIL. 5, 430. DRAC. laud. dei 2, 799 turba Hebraeorum transierat salsos ponti s. -e fluctus. cf. l. 10. p. 1027, 14sq.). 5, 116 velocem Mnesteus agit acri -e Pristim. HOR. epod. 16, 57 non huc Argoo contendit -e pinus (item respic. Argo: OV. Pont. 3, 1, 1 aequo Iasonio pulsatum -e primum eqs.; cf. PROP. 3, 22, 11 [ad Tullum] licet tuo Colchum propellas -e Phasim). PROP. 3, 12, 34 Sirenium surdo -e adisse lacus eqs. (item de comitibus Vlixis: IUV. 9, 150 CLAVD. arm. min. 30, 23). OV. met. 6, 445 iubet ille carinas in freta deduci veloque et -e portus Cecropius intrat (SEN. Thy. 438sq. sic concitatam -e et v. ratem aestus resistens -i et v. refert. cf. l. 12). al. usu repraesentativo q. d.: QUINT. inst. 1, 10, 16 -em cantus hortatur.

B *in re militari: 1 praemonenda de notione et differentiis (iuxta ponitur socius navalis l. 66. p. 1027, 9); distinguuntur: miles (aliter l. 74): CIC. Verr. II 1, 87. 5, 100 -bus m.que dimissis. al. BELL. Afr. 1, 3 LIV. 22, 19, 9. et saepius. nauta: v. vol. IX 1, 254, 5sq., quibus addas LIV. 40, 4, 12 ad hortationem -um n.que. propugnator: v. vol. X 2, 2137, 69sq. nauarchus: CIC. Verr. II 5, 101. VEG. mil. 4, 43, 2 in n. diligentia, in gubernatoribus peritia, in -bus virtus eligitur. gubernator: CAES. Gall. 3, 9, 1 -es ex provincia institui, nautas g.que comparari iubet. civ. 1, 58, 3 nostri minus exercitatis -bus minusque peritis g. utebantur. 2, 4, 1 LIV. 37, 30, 2. al.; cf. e. g. p. 1027, 40sq. defensor (aliter l. 60): CAES. civ. 3, 24, 3 unam ex his quadriresem cum -bus d.que suis ceperunt (sim. BELL. Alex. 16, 6). epibata: v. vol. V 2, 660, 62sq. classarius (aliter l. 73): v. vol. III 1278, 13sq. trierarchus: v. l. 68. mesonauta: VLP. dig. 4, 9, 1, 2 (e Pompon.).*

2 exempla usum illustrantia (selecta post LIV.): a usu communi (sc. formae plur. praeter l. 51sq.): CATO orat. 20 non aliud vinum bibi quam -es (remeans trad.; cf. FRONTIN. strat. 4, 3, 1 Catonem vino eodem quo -es contentum fuisse traditur). 145 C. Licinio praetore -es scribi cives Romani sub portisculum, sub flagrum conscribi venire passim. CIC. Flacc. 30 in Asia -es imperabat (i. postulabat ut: 31. CAES. civ. 3, 32, 2 milites, arma, -es, tormenta, vecturae imperabantur. LIV. 26, 35, 5). Tusc. 3, 66 milites Pompei nihil aliud tum egisse, nisi ut -es hortarentur (cf. l. 28. 33. p. 1025, 75). div. 1, 68 -em quandam e quinqueremi Rhodiorem. 2, 114 -x ... de classe Coponi. al. CASS. Cic. fam. 12, 13, 3 dilectum -um magna contumacia civitatum tamen satis celeriter habuimus. CAES. civ. 2, 4, 2 piscatorias naves ... adiecerant ..., ut essent ab ictu telorum -es tuti. 3, 24, 1 naves ... per causam exercendorum -um ad faucis portus prodire iussit (NEP. Dion 9, 2. FRONTIN. strat. 3, 2, 2 milites -esque. VEG. mil. 4, 32, 2 gubernatoribus atque -bus et militibus. cf. p. 1027, 7sq.). al. BELL. Afr. 7, 5 -es ..., qui aquatum e navibus exierant (cf. Alex. 10, 2 cum Caesar ... aquandi ... causa -es in terram exposuisset eqs.). 62, 4 reliqua classis ... egressis -bus passimque in litore vagantibus ... vacua a defensoribus stabat. al. Alex. 47, 2 capit ex eo proelio penterem unam ... compluresque -es Octavianos. al. LIV. 26, 35, 1 scripto ... exercitu de -um supplemento agi coeptum est (26, 35, 9. 26, 47, 3 ceteram multitudinem incolarum iuvenum ac validorum servorum in classem ad s. -um dedit Mago. cf. p. 1027, 6). 37, 16, 11 dux armavit non milites solum, sed etiam navales socios, -um, turbam (nav(ab)ium -um var. ll.). al. R. GEST. div. Aug. 23 q(uiu)s in classibus pugnaverunt praeter -es millia ho(minum) tr)ia circiter (gr. τῶν ἐρετών). CONST. veteran. (CIL XVI 1; a. 52) 4 trierarchis et -bus, qui militaverunt in classe quadam (item fere in CONST. veteran., e. g. Année Épig. 2002 n. 1771 [a. 71]. 2011 n. 1118 [a. 77/8]). ibid. (CIL XVI 24; a. 79) 20 ex -bus M(arco) Papirio eqs. TAC. ann. 13, 30, 1 Clodius Quirinalis ... praefectus -um, qui Ravennae haberentur. SVET. Galba 12, 2 classarios, quos Nero ex -bus iustos milites fecerat. VLP. dig. 37, 13, 1, 1 in classibus omnes -es et nautae milites sunt. VEG. mil. 4, 37, 3 scaphae vicenos prope -es in singulis partibus habent. CLAVD. 17, 332 ut in ludis

[Monaco]

stagna ... -bus spument inmissa canoris. *al.* **b** *sing. collect.*: CIRIS 111 hanc urbem ... fecerat infestam populatorem -e Minos. Ov. epist. 3, 153 (*Briseis Achilli*) sive paras impellere -e classem sive manes (met. 8, 103 *Minos* classis retinacula solvi iussit et aeratas impelli [impleri var. l.] -e puppes). LIV. 26, 36, 12 sine coercitione magistratus nec -e (-es *cod. P*) in supplementum nec stipendio res publica eguit. 35, 26, 2 provectos in altum cotidie -em militemque simulacris navalis pugnae exercebat (FRONTIN. strat. 4, 7, 19 Alcetas Lacedaemonius ... in ea *trireme* -em exercebat). 37, 10, 9 se non -em, non socios navales ad classem frequentes habiturum. *al.* SEN. Ag. 428 ut ... clara laetum -em monuit tuba *eqs.* (regimen var. l.). CVRT. 4, 3, 18 miles ministeria nautarum, -x militis officia turbabat. LVCAN. 3, 526 paribus ... lacertis Caesaris hinc puppes, hinc Graio -e classis tollitur. SIL. 7, 412 totus multo spumabat -e pontus (CLAVD. 22, 252 infesto spumavit -e Tethys. *cf. l. I*). 12, 448 veniens sine -e classis, *sc. via terrestri tracta* (CLAVD. 8, 223 vile latens virtus ... veluti s. -e puppis). 14, 387 sed quater haec *navis* centum numero -e pontum pulsabat tonsis (HOMER. 170 tumido valido pulsarunt -e fluctus. 185. *cf. p. 1026, 22*). 14, 488 *Marcellus* valido superabat -e ventos. 17, 435 (*log. Laelius*) ut per ... insanos Tyrio fugeritis -e fluctus *Oenotriam tellurem*. CLAUD. 3, 335 -e Medo (nudo var. l.) sollicitatus Athos. *al.*

II translate: **A** *de quolibet operario*: CIC. de orat. 2, 40 unius cuiusdam operis, ut ait CAECILIUS, -em, aliquem aut baiulum nobis oratore descriperas (regimen *cod. unus; cf. l. 263* operarium. *l. inde fingitur com. 274* operis -x). **B** *de animali marino, sc. ceto Ionae (sec. Ion. 2)*: SEDVL. *carm. pasch. 1*, 196 Ionas ... vastum ... per aequor venit ad ignotas inimico -e terras (remigante *cod. unus*). ENNOD. *carm. 1*, 11, 14 diro reductus Ionas -e. **C** *de re pro -e, sc. remo, adhibita: de pede*: DRAC. Orest. 375 (*log. Dorylas paedagogus Orestis*) de qua *carina* solus inops evasi -e planta. *de ala (cf. p. 1028, 20sq.)*: VEN. FORT. Mart. 2, 326 -e pinnigero. *de cauda, sc. aquam pulsante (cf. p. 1028, 13)*: VEN. FORT. Mart. 4, 274 *serpens* sulcans vada -e cauda. *de tabula*: VEN. FORT. *carm. app. 1*, 112 te peterem tabula -e vecta mari.

III in imagine, quae pertinet: ad civitatem Tyriorum: VET. LAT. Ezech. 27, 26 (Tycon. reg. 7 p. 78, 30, *sim. VVLG.*) in aqua multa deduxerunt te -es tui (*gr. οἱ κωπηλάται*). *al. in eodem capite*. VVLG. Ezech. 27, 8 habitatores Sidonis et Aradii fuerunt -es tui, sapientes tui, Tyre, facti sunt gubernatores tui. *ad navem ecclesiae sim. in salutem hominum institutam*: PAVL. NOL. *carm. 32*, 159 prior illa salus, quam perdidit immemor Adam tunc vento suadente malo, nunc -e Christo ... resurget. epist. 9, 2 spiritu veritatis gubernatore ac dei verbo -e dirigamur ad portum voluntatis nostrae (*item disting.*: OP. imperf. in Matth. 23 p. 755^{extr.} navigat *ecclesia* ... instructa fidei gubernaculo ... per huius saeculi mare, habens deum g., angelos -es. CASSIOD. in psalm. 106, 23 l. 299 sic ... mare ... transitur, si tutissimis navibus insidatur, ubi g. est Christus, ubi -es apostoli).

deriv.: remigium, remigo; *cf.* remiga.

compos.: semiremex.

Monaco.

remicat NOT. Tir. 67, 14. *a re- et micare (ad integrandam seriem compositorum fictum?)*. *Bk.*

rēmīga, -ae *m.* [*v. sub remex et cf. aurīga. Mei.*] *i. q. remex*: VITA Roman. rec. (BHL 7306) 9 obtentu sacerdotis, non viribus -arum prospera navigatione peracta. *Sx.*

rēmīgāmen, -inis *n.* *a* remigare. *i. q. remigium (in imag. respicitur flammaram incitatio ramis vibrantibus effecta)*: FVLG. aet. mund. p. 148, 7 *tonitrua et fumus* divinitatis testabantur adventus (*exod. 19, 16, 18*); ignis quoque hilaro -e coruscantia crispatis anhelo vibramine ligulis ... rubi ramulos ... lambebat (*exod. 3, 2*).

rēmīgātio, -ōnis *f.* *a* remigare. *i. q. actio remigandi*: CIC. Att. 13, 21, 3 motum ... vehementiorem ... -is navem convertentis ad puppim. MVTIAN. Chrysost. hom. 34, 3 p. 453^{med.} quod labore -is non fuerint fatigati *nautae (cf. gr. p. 235^{med.} ταῖς κόπαις προστάλαιπωρεῖν)*.

remes (*i. -x*): **rēmīgātor** GLOSS. (*inde correxit Goetz* GLOSS. *remigor*: nauta vel remex). *a* remigare. *Bk.*

rēmīgium, -ī *n.* [*a rēmex, cf. Leumann, Gramm. 1977, 293. Mei.*] NOT. Tir. 109, 93 -um. *gen. sing. -gi* LVCR. 6, 743 (-o *trad., corr. Lachmann*). *de notione v. p. 1028, 24, 56, 58, 66 et GLOSS. -um: κωπηλασία. εἰρησία. -o: gubernatione. legitur in versibus apud PAVL. et inde a CATVLLO, LVCR., in orat. soluta inde a CIC. [it. remeggio, cat. remig. cf. M.-L. 7196. Battisti-Alessio V 3227. Cortelazzo-Zolli² 1343. Coromines VII 232. Schd.-Cr.] [restit. pro navigium p. 1028, 75; in falsa var. l. pro remex VEG. mil. 4, 37, 1 CLAUD. 28, 137.]*

I i. q. apparatus remorum: A usu communi: 1 proprie (exempla selecta inde a LIV.; hic illic per synecdochen pro tota nave adhiberi vid., e. g. p. 1028, 10, 11; plur. pro sing. p. 1028, 4): PAVL. Asin. 157 -o veloque, quantum poteris, festina et fuge (*v. Otto, Sprichw. n. 1521*).

CATVLL. 64, 13 torta ... -o *Argūs* spumis incanuit unda. CIC. Tusc. 5, 114 (*nisi ad II*) quae acies, quod -um, qui motus hominum ... non ... expictus est *ab Homero?* VERG. georg. 1, 202 (*nisi ad II*) qui adverso vix flumine lembum -is subigit. Aen. 5, 280 (271 amissis remis atque ordine debilis uno) tali -o navis se tarda movebat (*explicat* CLAUD. DON. p. 453, 22sq. navis exarmata remorum subsidiis. *ad II trahere vid.* GLOSS.¹ I Ansil. TA 131 tam claudo remorum pulso [*i. pulsu*]). HOR. *carm. 1*, 14, 4 nonne vides, ut nudum *sit -o* latus *navis?* OV. epist. 2, 47 (*Phyllis ad Demophonta*) -um ... dedi, (quod me fugiturus haberes, (quo me f. abires var. l.). ars 2, 126 Calypso -o ... aptas esse negavit aquas. 2, 671 aut mare -is aut vomere findite terras (fast. 3, 586). SEN. suas. 1, 2 inagitata -o vastitas *Oceanus est (coni. Faber, remissio trad.)*. PLIN. nat. 11, 88 *scorpionibus* pandentibus brachia ut -a. 11, 264 *caudae* in dexteram ac laevam motae ut -o quodam impellunt *pisces*. SIL. 14, 425 (*nisi ad II*) *nave incensa* trepidatur omissis summis *foris -o*. TAC. Germ. 44, 2 (*antea p. 1082, 55*) solutum ... et mutabile, ut res poscit, hinc vel illinc -um (hist. 3, 47, 3. *cf. ann. 2, 6, 2* converso ... repente -o). *al.*

2 transfertur ad apparatus, instrumentum remis simile, quo aliquis (aliquid l. 31) se propellit (in compar. supra l. 13sq.; accedit gen. explic. praeter l. 26, 28sq. 40): a per aëra, sc. de alis: a corporaliter: LVCR. 6, 743 -i oblitae pennarum vela remittunt *aves volantes super lacum Avernum* (APVL. flor. 2, 10 Socr. 8 p. 140 AMBR. exc. Sat. 2, 59. *al.*) VERG. Aen. 1, 301 volat ille *Mercurius* per aëra magnum -o alarum ([*cf. GLOSS. IV 462, 2* regimentum pinnarum]. 6, 19 *Daedalus* sacravit -um a. HEGES. 3, 2, 1 p. 185, 30. *al.; cf. l. 34sq.*). OV. ars 2, 45 *Daedalus* -um volucrum, disponit in ordine pinnae. met. 8, 228 *Icarus -o* ... carens non ullas percipit auras. APVL. met. 5, 25, 1 -o plumas raptum maritum *Psyche*. 6, 15, 5 *aquila -um* dextra laevaue porrigens. AVIEN. Arat. 642 *Cygnus* dextro late *Cepheida* dextram radens -o (*gr. 280 ταρσοῖο*). *al. vox aëre tamquam -o vehitur*: AMBR. hex. 6, 9, 67 vox ... aëris quodam -o vehitur et per inane portatur. **β incorporaliter**: AMBR. fug. saec. 4, 17 accedamus ... fidei suffragio subnixi et eius -is elevati ad illam sedem gratiae. in psalm. 118 serm. 14, 38, 2 *ne cunctandum* putes, quomodo tibi volandum sit, quibus alarum -is. ENNOD. epist. 5, 8, 3 p. 131, 12 *famam* mille alarum fabricatam -is. *al.*

β per aquam: a corporaliter (cf. l. 14): STAT. Theb. 9, 250 mediis ... in fluctibus heros ... pedum ... -o sustentat equum. PLIN. nat. 9, 38 quorum *cornuum* in natando -o se adjuvant *testudines cornigeræ*. NOVATIAN. cib. Iud. 2, 12 (*spectat ad lev. 11, 9* pinnulas) in piscibus ... ea ... munda, quae essent cooperta squamis et armata -is. HEGES. 4, 15, 2 p. 264, 8 resupinus cessantibus *brachiorum -is* interibat (PAVL. NOL. epist. 24, 7 CASSIOD. var. 8, 10, 9. *cf. SEDVL. op. pasch. 3, 6 p. 235, 15* brachiali -o). **β incorporaliter**: AMBR. Iac. 2, 10, 44 an non beatus, qui potuit ... pietatis ... -o servare integram in tantis fluctibus passionem? (-um var. l., *quam def. Nauroy, qui et integrum et passionum legit; spectat ad IV Macc. 7, 3 τὸς τῆς εὐσεβείας οἰαχας*). spir. 2 prol. 14 naves ..., quae ... tutum -um salutis exhibeant. PRVD. c. Symm. 1 praef. 60 catholicam nil ... profuit puppem nasse sacri -o stili, quem Paulus variis gentibus edidit. PETR. CHRYS. serm. 20, 4 *navicula Christi* confessionum -is enatat. ENNOD. epist. 2, 9, 2 p. 49, 1 -um vestris dicitis deesse conloquii (*postea: remis opus est, quotiens nullo flaminum puppes iuvantur impulsu*). *al.*

B metonymice respicitur turba remigum (plur. de singula turba p. 1029, 1; accedit gen. explic. l. 73): 1 agitur de navibus remigibus instruendis (quaedam ad A1 trahi posse non negaverimus): VERG. Aen. 3, 471 *Helenus* addit equos additque duces, -um supplet (*explicat* SERV. nam multos ... perdiderat. GLOSS.¹ I Ansil. RE 981 remigum numerum. v. etiam l. 59). 8, 80 *Aeneas* geminas ... legit de classe biremis -o, que aptat (SERV. auct. id est ad -um, officium remigantium [*sc. pro dat., ut locus ad II pertineat*]; alibi pro turba remigantium [*affert l. 55*]). CLAUD. DON. p. 125, 29sq. has *naves* instruit remis et aptas cursibus praestat [*ut ad A1 pertineat*]]. LIV. 21, 22, 4 aptae instructaeque -o ... quinqueres erant (*cf. Polyb. 3, 33, 14 ἐχοῦσας πληρώματα πεντήρεις*). 26, 39, 7 *Romanus* suppleverat -o naves. AVSON. app. A6 Od. 2 (446 S.), 9 instructo ... -o et nave deducta (*cf. ibid. 13 [457 S.]*), 4 -o et necessariis omnibus navis instruitur. **2 exempla cetera:** HOR. epist. 1, 6, 63 -um vitiosum Ithacensis Vlixei, cui potior patriā fuit interdicta voluptas (*explicat* PORPH. *συνεκδοχικῶς* socios eius dicit). LIV. 26, 51, 6 -um classicique milites ... agilitatem navium ... experiebantur. 37, 11, 3 (37, 10, 12 remiges) *quidam Antiochi miles aperit* -um omne *Magnesium* missum. LVCAN. 4, 424 (*nisi ad A1*) *ratis* non gerit expositum telis in fronte patenti -um. STAT. Theb. 5, 345 mediis intersonat Orpheus -is. TAC. ann. 12, 56, 2 *Claudius* ... spatium *lacus* amplexus ad vim -i, gubernantium artes, impetus navium et proelio solita. 14, 4, 3 *Agrippina* sueverat *triremi* et *classiariorum -o* vehi. 14, 39, 3 *Suetonius* paucas naves in litore -umque in iis amiserat. 16, 2, 1 dantur *triremes* et *delectum -um* iuvandae festinationi (*coni. Boxhorn, navigium*

trad.). MART. CAP. 2, 113 (*de nave Solis, cf. 2, 183*) nescit, an Solis -a vigilet.

II i. q. *actio remigandi (exempla potiora, fort. huc e. g. p. 1028, 2sq. 15; abl. praeter l. 15, plur. l. 14):* **A** *exempla varia:* PLAVT. Bacch. 289 ubi portu eximus, homines -o sequi, neque aves neque venti citius. Mil. 747 (*loq. dominus*) si illis servis aegrest, mihi quod volup est, meo -o rem gerunt, (gero var. l., remigo Klotz; in proverbio ad meam gubernationem, i. arbitrium sim., pertinere vid.). BELL. Alex. 13, 4 *Alexandrini* in portu periclitati -o, quid quaeque earum navium efficere posset eqs. VERG. Aen. 8, 94 olli -o noctemque diemque fatigant. LIV. 26, 39, 13 prorae inter se iunctae haerebant, puppes alieno -o, i. alterius navis, circumagebantur. 28, 30, 9 nequiquam -o in contrarium tendentes. SEN. Herc. O. 1074 inferni ratis aequoris nullo -o venit. AMM. 24, 6, 5 ni ... classem omnem proferare citis -is adegisset *Julianus*. CLAVD. DON. Aen. 5, 835 p. 523, 27 ('laxabant membra ... sub remis fusi ... nautae') sic ..., ut -i sollicitudinem non ... viderentur omisisse (*postea*: manente officii sollicitudine). VEG. mil. 4, 45, 2 longo -o fatigati sunt hostium nautae. **B** *ad indicandum spatium remigando dimensum:* PLIN. nat. 6, 174 *Isidis portus* decem dierum -o ab oppido *Adulitarum* distans (9, 6 sinus XII d. et noctium -o enavigatus ... regi).

remigo, -āvī, -āre. a remex (item EVTYCH. gramm. V 459, 3 [vice versa p. 1025, 56]). NOT. Tir. 109, 92 -at. GLOSS. -o: *κωπηλατώ*. -ant: *κωπηλατοῦσιν*. GLOSS.^L III Abol. SU 27 subigitant (*vix recte; ad Verg. Aen. 6, 302 subigit pertinere putat ed.*): -ant, compellunt (item GLOSS. V 514, 18). legitur inde a CIC. [a serm. docto haud aliena it. remigare, sic. rimijari. cf. *Faré, Postille 7195a. Battisti-Alessio V 3227. Cortelazzo-Zolli² 1343. Schd.-Cr.*] [in falsa var. l. pro eremigare l. 52, remigrare l. 62; loco corrupto et coniecturis vexato TAC. Agr. 28, 1 (in seditione) uno gubernatore -ante, suspectis duobus eoque interfectis (*sunt qui intellegant aut gubernatorem se remigibus aggregare aut -are esse i. q. gubernare*); olim edebatur e lect. falsa QVINT. inst. 8, 6, 18 (v. app. crit.); loco dubio OPTAT. 5, 3, 2 inter licet vestrum et non licet nostrum nutant et -ant animae populorum (i. q. 'dubitare' fere interpretes, sed imago vix perspicua est; fort. corruptela latet). medii aevi vid. CARM. Inscr. christ. Rossi II p. 245 n. 4 aëra cum quadris -ans ... alis (fort. 'Lucanus cervus' L.; semigans trad.).]

i. q. *navam remis propellere (part. praes. ponitur pro subst. l. 46. 47sq.):* **1** *proprie (in imag. l. 41; -ant homines passim, classis l. 43, dux navis l. 43):* **a** *sine obi.:* CIC. Tusc. 4, 9 (in imag.) utrum ... mavis, statimne nos vela facere an quasi e portu egredientis paululum -are? Att. 13, 21, 3 v. vol. VII 1, 1592, 29. CAES. Gall. 5, 8, 4 non intermisso -andi labore. BELL. Alex. 46, 2 (in pugna navali) celerime fortissimeque contra illo -ante. PROP. 4, 6, 47 quod classis *Antonii* centenis -et alis (-at codd. det.). 4, 7, 56 turba mortuorum in *Styge fluvio* ... diversā -at omnina aquā. SEN. epist. 122, 19 contra illam naturam nitentibus non alia vita est quam contra aquam -antibus. CVRT. 9, 9, 7 ingenti alacritate nautici -ant. FRONTIN. strat. 1, 5, 6 consul ... resupina navigia magna -antium vi concitavit. TAC. Agr. 10, 5 mare ... grave -antibus esse perhibent *exploratores*. **b** *cum obi. indicante: locum vel spatium (cf. l. 35):* VET. LAT. Ioh. 6, 19 (cod. 4, sim. al. et VVLG.) cum discipuli -assent stadia tot eqs. (gr. *ἔλληλαζότες*). MART. CAP. 6, 619 pars, quae vergit in Caspium mare, a Macedonum classibus -ta (*pendet e Plin. nat. 2, 168 eremigatus [-tus var. l.]*). *navem:* CLAVD. rapt. Pros. 2, 178 missam ... Pado qui -at alnum.

2 *translate i. q. per aëra more -antis moveri (cf. l. 35):* DRAC. Romul. 6, 79 -at ammotis pennarum plausibus ales. VEREC. in cant. 2, 12 -antibus pennis longius evolat *aquila*.

deriv.: remigamen, remigatio, remigator.

compos.: ad-, e-, ir-, subremigo.

[**remigro** v. remigator.]

remigo, -āvī, -āre. a re- et migrare. NOT. Tir. 89, 72 -at. [confunditur in codd. c. remigare PLAVT. Epid. 569 Poen. 47 CIC. Tusc. 5, 62 fam. 9, 18, 4.]

i. q. *rursus migrare, sc. ad locum, statum sim., ubi quis (quid) iam antea versatus (versatum) est (sed v. l. 71. p. 1030, 14; quo -etur, indicatur praeter l. 73. p. 1030, 9):* **1** *proprie (in imag. l. 70) -ant:* **a** *homines (anima p. 1030, 5, per prosopop. p. 1030, 1):* **a** *qui domum vel in domicilium pristinum redeunt:* PLAVT. Persa 685 (*iocose*) quid ei nummi sciunt (*i. possunt*)? :: ... facere, uti -et domum filia (CIC. ac. 1, 13 [in imag.] quid ... Antiochio id magis licuerit ..., -are in d. veterem, sc. *Academiam ut domum naturalem*, e nova, quam nobis in novam e veterem? cf. p. 1030, 4). CIC. fam. 9, 18, 4 Romam tibi -andum est (NEP. Att. 4, 5 Liv. 6, 4, 5). 13, 2 subitum est ei *sculptori* -are kalendis Quintilibus (demigrare conii. *Corradus*). CAES. Gall. 4, 4, 6 *Menapii* trans Rhenum in suos vicus -erant. 4, 27, 7 suos in agros -are iusserunt *Britanni* (Liv. 28,

11, 9). LACT. inst. 5, 15, 1 ipsa Iustitia -at in caelum (cf. 5, 5, 2 in caelum ... migrasse). CONC.^S I 5 p. 379, 2 ut ... vestra pietas, i. *legati orientales*, ad propria -ret. **β** *mortui, qui in caelum redeunt:* CIC. Tusc. 1, 118 ut ... in aeternam et plane [in] nostram domum -emus. APVL. Plat. 2, 20 p. 249 vinculis liberata corporeis sapientis anima -at ad deos. AMBR. exc. Sat. 2, 33 -andum eo, unde descendimus. **γ** *qui in condicionem priorem redeunt, sc. in metempsychosi:* LACT. opif. 3, 20 *istos, qui se pecudes natos maluerunt*, si deus in ea forte converteret animalia ..., iam profecto cupiant -are ... et condicionem pristinam flagitent.

b *res:* LVCR. 2, 966 in ... locum quando -ant corpora materiae eqs.

2 *translate -at:* **a** *animus (sc. qui e terrore sim. restituitur):* PLAVT. Epid. 569 -at a. nunc demum mihi. SYMM. epist. 1, 11, 2 tunc mihi a. ab aegritudine -vit. 7, 78 in tranquillum denuo a. -vit. **b** *homo:* PLAVT. Poen. 47 ad argumentum (sc. *propositum, adhuc tamen omisum*) nunc vicissatim volo -are. CIC. Tusc. 5, 62 ut ad iustitiam -ret *Dionysius*. **c** *res obliterata:* AVG. mus. 6, 12, 35 -are ad eum putas illos numeros ab eo ipso, qui interrogat, an eqs.?

echenais piscis latine **remiligio** dicitur, quod liget remos ADNOT. Lucan. 6, 675 (fort. aevi Carolini). *subst. masc. sec. nomina animalium in -io desinentia a gramm. fictum a remus et ligare, ut ad explicandam vocem q. e. remeligo referatur ad nomen piscis echenais.*

remiligo v. remeligo.

remillus, -a, -um. [subest radix *mel₃- 'provenire' (v. p. 1017, 57), ut -us significet 'recurrens' sim.; exspectes *(re-)blānus < *mlānus < *ml₃-no- (cf. *Leumann, Gramm. 1977, 190. 320*), sed forma accommodata est ad radicis speciem *mel- (cf. re-mel-igo). v. *Walde-Hofmann II 428. Mei.*] *de notione:* FEST. p. 277 re(millum dicitur quasi repandum) (suppl. e PAVLO; pessime mutilati afferuntur LVCIL., AFRAN. infra). *inde pendent GLOSS.:* -us: repandus (*hinc corrigas remullius: reparatus. remilus: repando*). remilus: repandusius (vel repandus vis) remanens eqs. (v. *Wessner, Gloss. I p. 330. adde vol. X 2, 1917, 7.*)

i. q. *recurvus sim. (si recte explicatur l. 27sq.):* LVCIL. 1303 -um (-lium cod. Festi; sc. tergum delphini, ut voluit Marx, an velum, ut *Krenkel?*). AFRAN. com. 424 (co)xendice pergam (-a) (*Daviault sec. lemma Festi; (-o) Ribbeck*).

[**remimora** v. p. 1057, 31.]

reminiscentia, -ae f. a reminisci. i. q. *actio reminiscendi (accedit gen. obi. l. 39. 41. 45, in c. acc. l. 40):* **1** *vario usu:* TERT. nat. 2, 13, 9 si deus reminiscentia mer(itorum) tribuerit aliquid. AVG. trin. capp. 14, 13 de -a in deum gentium, quae eius oblitae sunt. IULIAN. epist. in psalm. 41, 7^a desiderio ... patriae ac -a. **2** *respicitur doctrina Platonis:* TERT. anim. 23, 6 (item HIER. adv. Rufin. 3, 40 l. 7) *μαθήσεις ἀναμνήσεις* id est discentias -as esse (cf. 24, 11 quorum studiorum discentiae -ae fiunt. ARNOB. nat. 2, 19 p. 89, 3 ea, quae discimus, -as esse). ARNOB. nat. 2, 28 p. 99, 1 animas corporibus impeditas ... priorum [-as], *ed. princ.*, reminisi sententiam cod.) non habere. RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 10, 1 Platonis ideas ... et -as (*Migne gr. 36, 24^B ἀναμνήσεις*). Bk.

reminiscor, -ī et reminisco, -ere (de part. perf. v. l. 60sq. 65). [a re- et derivatione incohativa verbi deperditi *menior 'cogito' (cf. *ind. vet. mányate, hibern. vet. mainethar 'cogitat', gr. μαίνομαι 'furo'*), quod redit ad radicem *men- 'cogitationem suscipere' in linguis indoeurop. pervagatam, cf. etiam lat. meminī, mens, mentiri, moneo. v. *Walde-Hofmann II 65; Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, 2001, 435sq.; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 371sq.; Weiss, Hist. and Compar. Grammar of Latin, 2009, 407. Mei.*] *de origine:* VARRO ling. 6, 44 -i, cum ea quae tenuit mens ac memoria, cogitando repetuntur. NOT. Tir. 76, 71 -itur. *de genere et formis: testimonia gramm.:* -or inter verba communia afferunt AVG. gramm. p. 89, 3 M. AVDAX gramm. VII 346, 22 PS. ASPER gramm. suppl. 51, 4, act. -o testatur PRISC. gramm. II 396, 20 (contra e. g. PROB. inst. gramm. IV 157, 8); *de part. perf., fut., supino:* CHAR. gramm. p. 325, 11sq. -or recordatus sum facit, nemo ... dicit rementus sum. PRISC. gramm. II 514, 9sq. a -or supinum vel participium praeteriti vel futuri ... non inveni, quamvis ratio ... rementum ... exigat dici. *sim. al. apud auctores longe praevalat usus depon., sed pass. vel act. invenitur p. 1032, 12sq. 38; part. perf. rementus l. 70, ?reminiscita p. 1032, 43. de notione:* PAVL. FEST. p. 122 miniscitur pro -itur antiquitus dicebatur. SYNON. Cic. p. 441, 23 reputat. -itur. recogitat eqs. GLOSS. -or: recolo, recordor. -itur: ἀναμνήσεται, ἀναπολεί. -ens: in mente habens. recognoscens. GLOSS.^L I Ansil. RE 991 -entur: commemorabuntur. II Philox. RE 147 -mentus: ἀναμνησθεῖς. *sim. al.; v. etiam p. 1032, 32. legitur in versibus inde a TER., ACC., in orat. soluta inde a CIC., VARRONE (v. l. 55); cf. tabulam similium verborum p. 411, 34sq. [confunditur in codd. c. eminisci, v. vol. V 2, 496, 11sq.; temptavit Ribbeck loco corrupto ACC. trag. 329.] fere i. q. in mentem, in memoriam revocare (pro syn. est recordari p. 1031, 9. 1032, 4. 7, revocare p. 1031, 34, opp. oblivisci p. 1031, 25; gr. fere*

resp. (ἀνα-, ἐπι)μνησχομαι); respicitur actio: I recordandi (accedit animo l. 15, in corde l. 38; -untur maxime animantes, alia e. g. l. 22. 50):

A formae depon.: I vario contextu; quid (quis e. g. l. 15. 23. 40sq.) in memoriam revocetur: a indicatur per: a casum (cf. CHAR. gramm. p. 382, 9 -or patris. 384, 4 -or factum [sc. acc. obi., ut e. g. ARVS. gramm. 494]. DIOM. gramm. I 315, 13 -or factum et facti et [facto], [abl. apud auctores non invenitur]. EXC. Andecav. 6 l. 42 -or doloris):

① acc.: TER. Hec. 385 cum orata huius -or, nequeo quin lacrimem miser. ACC. trag. 346 heu me miserum, cum haec recorder, cum illos -or dies! CIC. Att. 4, 2, 4 senatores -bantur ... Kal. Ian. (nisi ad l. 25). SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 5 ab hisce rebus ... cogitationem tuam avoca atque ea potius -ere, quae digna tua persona sunt. NEP. Alc. 6, 3 -ens pristini temporis acerbitem. VERG. Aen. 10, 782 dulcis moriens -itur Argos. OV. met. 11, 714 acta. trist. 5, 4, 31 maerens tempus -itur illud. Pont. 1, 8, 31 vos animo dulces -or, amici. VAL. FL. 5, 197. STAT. Theb. 7, 147 Bacchus patrios -itur ignes. 12, 391 dum Antigone et Argia ... Thebas Argosque renarrant, longius Argia miserum -itur actus (seq. orat. recta, ut accedat notio commemorandi). al. DECL. in Catil. 82 -ere quaeso, Catilina, -ere ferrum illud scelestum. GELL. 10, 25, 5 navium ..., quas -i tunc potuimus, appellationes. VET. LAT. Ezech. 36, 31 (Tycon. reg. 4 p. 33, 22) -emini vias vestras pessimas (gr. μνησθήσεσθε, Vulg. recordabimini). CLAUD. 20, 139 nulla virilem (-lis var. l.) inter tot gladios sexum -itur ira? CONC. I 3 vers. Tur. p. 42, 1 oportet ... -i dicentem Christum: '...' (gr. I 1, 1 p. 97, 4 μνησθησαί). BOETH. top. Arist. 119b13 si oblivisci, quae quis faeda egit, bonorum est vel -i malorum (gr. ἀναμνησθησαί). al. ② gen. (fort. huc l. 10. p. 1032, 39): CAES. Gall. 1, 13, 4 sin Caesar bello persequi perseveraret, -retur ... veteris incommodi populi Romani. NEP. Phoc. 4, 1 cum alii, -entes veteris famae, aetatis misererentur. OV. met. 6, 383 ubi nescioquis ... virorum rettulit exitium, satyri -itur alter, quem ... Latous ... adfecit poena (seq. orat. recta, ut accedat notio commemorandi). SEN. epist. 124, 16 animal praeteritorum -itur, cum (in) id incidit, quo ...; tamquam equus -itur viae, cum eqs. VAL. FL. 6, 516 tu ... feri -ere, Musa, furoris. HOMER. 1041 sortis -ere victor humanae. TAC. ann. 11, 36, 1 vocis. SVET. Claud. 41, 1 quin Claudius ... subinde facti -retur cachinnosque revocaret. APVL. met. 2, 27, 1 infausti ... sermonis mei sero -or. 6, 30, 4 doloris unguulae. VET. LAT. Is. 46, 9 (cod. 177) convertimini corde et -imini priorum a saeculo (gr. μνήσθητε, Vulg. recordamini). Zach. 7, 10 (Iren. 4, 17, 3) malitiae fratris sui non -atur in corde (gr. μνησκακείτω, Vulg. cogitet). IREN. 1, 3, 5 l. 83 Paulum ... apostolum ... -i huius crucis dicunt sic: '...' (I Cor. 10, 18; gr. ἐπιμνησθησαί, vergit ad II). DAMAS. carm. 11, 14 nostri -ere, virgo. VVLG. deut. 8, 14 ne ... elevetur cor tuum et non -aris, domini dei tui (gr. ἐπιλάθη). al.

β struct. verbalem: ① (acc. c.) inf.: LVCR. 2, 90 -ere totius imum nil esse in summa. 6, 649 ut -aris summam rerum esse profundam. NEP. Con. 3, 1 Artaxerxes -ens eius se operā Cyrum fratrem superasse. OV. met. 1, 256 esse ... in fati -itur Iuppiter adfore tempus, quo eqs. 7, 293 (Aeson fit iuvenis) ante quater denos hunc se -itur annos (sc. fuisse). ASCON. Corn. p. 55, 7 puto vos -i has esse leges Livias, quas eqs. AMBR. in Luc. 7, 158 quadrantem ... in balneis dari solere -imur. HEGES. 5, 15, 1 p. 321, 7 Macedonia ... frustra se regibus suis Aeacidarum nomen inposuisse -itur. COD. Theod. 2, 8, 22 sollemnes paganorum superstitionis dies inter feriatos non haberi ... -imur imperasse. al. ② interrog. obliquam: CIC. Tusc. 1, 29 -ere ..., quae tradantur mysteriis. NEP. Dat. 5, 1 Artaxerxes -ens, a quanto bello ad quam parvam rem principem ducum misisset eqs. LIV. 4, 2, 4 -rentur, quam maiestatem senatus ipsi a patribus accepissent. QVINT. inst. 11, 2, 17 quae in iis locis fecerimus, -imur. PLIN. epist. 1, 5, 4 Regulus -batur, quam capitaliter ipsum me ... lacessisset. AMBR. vid. 4, 24 -amur, ... quemadmodum Maria, quemadmodum Anna ... laudentur. CASSIAN. conl. 10, 11, 5 quid nobis vel negligentia nostra pepererit vel diligentia acquisierit ..., decantantes -amur. al.

③ enunt. secund.: VET. LAT. Ioh. 16, 4 (cod. 4. al. et VVLG.) cum venerit hora eorum, -amini, quia ego dixi vobis (gr. μνημονεύετε). COD. Iust. 8, 17, 12, 4 omnia respicientes et -entes, quod et alias duas constitutiones fecimus.

γ praepos. de: CIC. Lig. 35 te ... de aliis quibusdam quaestoribus -entem. BOETH. elench. soph. 183a35 reliquum est ... de eo, quod ex principio erat propositum, -entibus dicere aliquid (gr. περί τῆς ... προθέσεως ἀναμνήσασθαι).

δ non indicatur (sc. absolute vel obi. subaudiendo e contextu): CIC. inv. 1, 98 enumeratio est, per quam res ... -endi causa unum sub aspectum subiciuntur. OV. epist. 16, 137 similes vultus, quantum -or, habebat Cytherea (met. 13, 642). SEN. epist. 100, 12 talia esse scripta eius non dubito, etiam si magis -or, quam teneo. ASCON. Corn. p. 61, 20 hic Cotta, ut puto (vos -i), legem tulit (suppl. Kiessling-Schoell, coll. l. 48). QVEROL. p. 10, 25 non de omnibus tete interrogavi, si -eris. al.

2 in doctrinis philos.: a Platonis, sc. respicentur ἀνάμνησις:

CIC. Tusc. 1, 57 quemvis ... bene interroganti respondentem declarare se non tum illa discere, sed -endo recognoscere. 1, 58 adgnoscit illa -endo. Cato 78 eas res ... -i et recordari. IREN. 2, 33, 1 sic anima utique -retur et illorum, quae antequam in hoc corpus veniret, egit (gr. ἐμνήμητο). ARNOB. nat. 2, 26 p. 97, 3 utrumne anima illud, quod audit, -atur an discat. BOETH. top. Arist. 124a22 si discere est -i, et didicisse recordatum esse (gr. ἀναμνησθησαί). al. b Augustini: AVG. conf. 10, 9, 16 odor traicit in memoriam imaginem sui, quam -endo repetamus. 10, 14, 21 laetatum me fuisse -or non laetus. 10, 16, 25 cepit ... rerum imagines memoria, quas intuerer praesentes ..., cum illa et absentia -rer. al. apud eundem.

B ceterae formae: 1 pass. (addidimus exempla gerundivi): quaelibet exempla: VET. LAT. num. 10, 9 (cod. 100 et Ambr. exc. Sat. 2, 107) -emini coram domino (gr. ἀναμνησθήσεσθε, Vulg. erit recordatio vestri). RVFIN. Orig. in psalm. 37 hom. 1, 6 l. 61 omnes ... eius peccatoris iustitiae, quas fecit, non -entur. CASSIOD. in psalm. 21, 28 l. 642 quando deus omnipotens esse fideliter agnoscitur, recte ab eis dicitur -i. -endus: AVG. in lob p. 514, 10 -endum ita ... spiritum in apostolos descendisse (sim. pendet struct. verbalis: BOETH. mus. 3, 12 p. 287, 2 illud -endum est, quod vi toni diapason ... transcendunt. p. 290, 7 -endum prius est, quid ... dixerimus). trin. 15, 20, 39 ad quam summam trinitatem -endam, videndam, diligendam. MACR. Sat. 1 praef. 2 usum ... dicti factive memorabilis -endi. VITAE patr. 5, 7, 7 sic fecerunt ... (semper -endi, patres (gr. 5, 7, 11 ἀείμνηστοι). al. 2 act. (cf. l. 38): AVSON. 13, 48 (48 S.), 1 'o' Rufus dixit (sim. 13, 49 [49 S.], 1 qui 'o' putat se dicere posse latine, hic ubi 'co' scriptum est, faceret 'cor', si cor haberet). ISID. sent. 1, 13, 7^a cogendo ... animum -ere, quod memoriae commendatum est, dicitur cogitatio (-i var. l. et ed. Migne. 2, 24, 1 -ere peccati affectum. cf. 1, 13, 8^a gaudium -imus [-imur var. l. et ed. Migne]). GLOSS. I Ansil. EP 49 (med. p. 32) nihil se passos -unt (-untur cod. L post corr., ut vid.).

II commemorandi (commonefaciendi fort. l. 35 et GLOSS. II 467, 4 ὑπομνήσχω: admoneo, moneo, ... -o [-or var. l.]. exempla certiora; fort. huc iam spectant e. g. p. 1031, 17. 29); quid in memoriam revocetur, indicatur per: A acc.: AVSON. 10, 7 (166 S.), 1 patruos, elegea, meos -ere cantu. ASSVMPT. Moys. 11, 17 Moyses -ens testamentum parentum et iureiurando placando dominum (v. Tromp, comm. 1993, 258). IORD. Get. 72 quod nomen, sc. 'Capillati', Gothi ... adhuc hodie suis cantionibus -ent. ?B gen.: AVG. quaest. euang. 2, 48A (ad Luc. 18, 35) si alter euangelistarum de uno caecorum tacuisset unius -ens; nam et Marcus unum commemorat eqs. (postea: ille unus caecus, quem Lucas commemorat. nisi ad p. 1031, 25sq.). ?C praepos. (siquidem recte trad. lo-co vix sano): CONC. Brac. a. 561, 6 recte vestra fraternitas pro auctoritate sedis apostolicae reminiscita est, quae eqs. (reminata, remunita var. ll., recordata coni.).

deriv.: reminiscencia. McNamara. **reministrat** NOT. Tir. 25, 14. ad integrandam seriem fictum a re-et ministrare.

reminuit NOT. Tir. 30, 81. ad integrandam seriem fictum a re-et minuere.

[reminutiōnem falsa var. l. SEN. nat. 1, 15, 2 (de Gercke; locum inseras vol. V I, 486, 45).]

rēmipedus, -a, -um et **rēmipēs**, -pedis adi. a remus et pes. de formis: -as VARRO, -em, -es AVSON.

1 de anatibus, i. q. pedes habens formā remorum: VARRO Men. 489 a. [t]remipedas (codd. Non. p. 460, 8; -es Passeratius alique praeter necess., cf. e. g. multipeda, quadrupedus). AVSON. 27, 1 (392 S.), 13 turdis dono datis a. ... iunximus -es. **2 audacius de navibus, i. q. remis pro pedibus instructus, remis agendus:** AVSON. 27, 15 (394 S.), 34 in ... vicem veli ... -em iubeas protinus ire ratem. Mos. 201 -es medio certant cum flumine lembi. Bk.

remisceo, -xtum, -ēre. a re- et miscere. forma III^{ae} coniug. l. 73. [hisp. vet. et dial. remecer 'quater'. cf. M.-L. 7196a. Corominas-Pascual IV 9. Schd.-Cr.]

ferre i. q. miscere (pro obi. est id, quod mixtioni subicitur, sed obi. non ponitur l. 74; c. dat. ut vid. eius, cui inmittitur, praeter l. 73sq. p. 1033, 2. 7): **1 vis praeverbii obscura vel evanida est (nisi spectat ad notionem miscendo refingendi); miscentur:** a incorporea: HOR. carm. 4, 15, 30 Lydis -to carmine tibiis. ars 151 Homerus veris falsa -et (SCHOL. pro 'commiscet', mutata praepositione). b corporea: SEN. dial. 2, 7, 4 aliquis mihi venenum dedit, sed vim suam -tum (-tam trad.) cibo perdidit. nat. 4, 5, 2 frigidus spiritus ... verno caelo -eri. REGVL. mag. 23, 25 (23 secundum numerum mensae prioris ... mensuratae potiones ... calda miscantur) accedentes ad secundam mensam, et ipsius numerus -atur. CIL XIII 10018, 149 -e (in ampulla, ut 10018, 150 -e me).

2 res mixta redditur: a eo, unde venit: SEN. epist. 71, 16 [McNamara]

animus naturae -bitur et revertetur in totum. PAVL. NOL. carm. 18, 80 *animarum vita* in ipsum tempore venturo, *sc. die iudicii*, corpus revocata -to corpore ... metet *fructus meritorum* indiscreta. **b** *ei, qui antea potio-nem miscuit (fort. subest etiam notio iterum miscendi):* VET. LAT. apoc. 18, 6 (Cypr. testim. 3, 34, *sim.* Primas. in apoc. 18, 4) meminit ... deus iniquitatis eius; ideo reddit ei dupla, et in quo poculo miscuit, duplum -tum est ei (*gr. κεράσατε, Vulg. miscete*).

deriv.: remixtio.

remissa v. remitto.

McNamara.

remissarius, -a, -um. *a* remittere (remissus). *technice in re vinaria* i. q. *ad remissionem pertinens preli post pressuram relevandi (ad rem v. Flach in ed., 2005, 203):* CATO agr. 19, 2 vectes longissimos (pedum) XIX, ... -os (pedum) XII.

remissē v. remitto.

remissibilis, -e. *a* remittere (*cf. irremissibilis*). *non nisi posit.*

1 *vi pass. i. qui remitti potest, venia dignus (praedicative praeter l. 19): in religione christ. de peccatis:* TERT. pudic. 2, 12 alia delicta erunt -ia, alia inremissibilia (2, 14 [affertur I Ioh. 5, 16 delinquere delictum non ad mortem] hoc erit -e. 2, 16 in d. ... -i). 12, 6 quod haec sola crimina praepontant apostoli (act. 15, 29) utique non -ia, qui ... cetera legis onera -ia fecerunt. 17, 17 -em esse moechiam. AVG. serm. 71, 24 (*ad Matth. 12, 31* blasphemia remittitur) haec sola -is videretur. CHROMAT. in Matth. 50, 3 I. 104 in hominem blasphemare potest -e esse peccatum. *vario usu:* CLAUD. MAM. epist. 1 p. 198, 9 ista haec, *quod causis quibusdam impeditus nec veni nec scripsi*, ... -ia sint necne. ALC. AVIT. epist. 57 p. 86, 1 istud, *quod syllaba producitur*, -e est poematis necessitate. **2** *vi act. i. q. remittens (sec. usum verbi intrans.), minus fortis, lenior sim. (attributive):* CAEL. AVR. chron. 2, 13, 164 *usus temperatus aceti* solvit ... eius percussibilem virtutem ..., quae non sensibili tactu, sed -i quadam digestionem longioribus actibus immoratur (*sed notione instr. digestionem, qua passio remittitur, intellegit Bendz, Eranos 58, 1960, 43; cf. p. 1036, 42*). *Op. imperf. in Matth. 25 p. 765^{med}. vir mollis animo, -is in fide et corruptus in actibus.* **Bk.**

remissio, -ōnis *f.* *a* remittere. GLOSS. -o: ἄφρασις. ἄνεσις. πάρεσις. συγχώρησις, (item GLOSS. iurispr. ἀσθή P 23 ἔμεισσιονος συγχώρησις. GLOSS. iurispr. μαγκίτιον P 7 ἔμεισσιονος σ.). *legitur inde a RHET. Her., Cic., saepe apud Christ., rarissime in poesi, sc. p. 1035, 51 et ORIENT. carm. app. 3, 55 ENNOD. carm. 1, 13, 25; abiit in serm. gr. SCHOL. Basilic. 8, 2, 45, 8 ἔμεισσιονα (pertinet ad p. 1036, 21, ut ibid. 9). GLOSS. l. 35sq. [confunditur in codd. c. inmissio p. 1034, 19, permissio BENED. reg. 43, 11, remuneratio p. 1035, 32; restit. pro emissio l. 64, repromissio MVTIAN. Chrysost. hom. 25, 1 p. 389^{med}. (gr. p. 171^{ex} ἄνεσιν), praeter necess. CIC. Arch. 16 animi -em (animadversionem trad.); perperam trad. PETRON. 60, 5 (commissio con. Delz et al.); in falsa var. lect. p. 1042, 47; suppl. dub. CIL VIII 23849 (a. 374/5) quorum Augustorum clem(entia et remis)sione. *e* versione inepta (*cf. p. 1034, 37*): VET. LAT. deut. 17, 8 (cod. 100) inter -em -es et intra contradictionem contradictiones (*gr. ἀνὰ μέσον ἀφῆ ἀφῆς, Vulg. aliter; cf. 21, 5 [ibid.] contradictio et ... -o [gr. ἀφῆ, Vulg. aliter].*)*

*i. q. actio vel effectus remittendi (accedit gen. obi. passim, subi. l. 75 [cf. adi. e. g. p. 1035, 53, 1036, 9], epexeget. e. g. l. 63. p. 1034, 8, 17, 1035, 68, respectus l. 72, praepos. ab p. 1035, 22, de p. 1035, 8, 52; gr. resp. maxime ἄνεσις, e. g. p. 1034, 6, 38, vel ἀφρασις, e. g. p. 1034, 10, 75, 1035, 11, 39); -o fit: I dimittendo: A relaxando (opp. contentio e. g. l. 58, contractio e. g. p. 1034, 23, intentio e. g. l. 59. p. 1034, 12, 21); respicitur: I vox, sonus sim.: RHET. Her. 3, 12, 22 conservat vocem continui clamoris -o. 3, 13, 23 oratio cum aliqua gravitate et vocis -e (CIC. de orat. 1, 261 contentiones v. et -es. Brut. 314 -e et moderatione v. ... me posse ... temperatius dicere. QVINT. inst. 1, 10, 25 intentio v., -o, flexus. MART. CAP. 9, 974 thesis est depositio v. ac -o. cf. CIC. de orat. 3, 227 est ... quiddam in -e gravissimum. Brut. 313 sine -e, ... vi summa vocis et totius corporis contentione). CIC. de orat. 2, 212 in oratione -o ... lenitatis quadam gravitate et contentione firmatur. MART. CAP. 9, 932 gravitas dicitur, quae soni quadam (r)emissione mollescit. 9, 940. BOETH. mus. 3, 3 inter ... intentionem -emve. 4, 1 *vocula* -e decrescit ad medium. 5, 1 cum intentio acumen faciat, -o gravitatem.*

2 *homo eiusve animus sim. (addidimus terram p. 1034, 9): a de refectione, quiete, ludo sim. (in malam partem p. 1034, 7; exempla selecta inde a SEN. philos.):* CIC. Cael. 39 quem iuvenem non quies, non -o ... delectarent. de orat. 2, 22 ad omnem animi -em ludumque descendere (2, 72 fam. 9, 24, 3 LIV. 37, 7, 12. al.). VAL. MAX. 3, 6, 1 in illis exercitiis gymnasii -o laboris consistebat (QVINT. inst. 3, 8, 29 [agitur de theatro] non inutilis laborum -o. aliter p. 1034, 70). 8, 8, 2 quietae -is. SEN. dial. 9, 10, 1 oblectamenta et -es et voluptates. QVINT. inst. 1, 3, 8 danda est ... omnibus discipulis aliqua -o. TAC. dial. 28, 5 -es ... lusisque puerorum.

Agr. 9, 3 tempora curarum -umque. PLIN. epist. 4, 9, 11 audientis intentio continuatione servatur, intercapedine et quasi -e languescit. GELL. praef. 1 ut liberis ... -es essent, quando animus ... laxari ... potuisset. 15, 2, 5 modicis ... inter bibendum -bus refici ... animos (opp. intentiones). VET. LAT. II Cor. 7, 5 (Tert. resurr. 40, 12) nullam -em habuit caro nostra ...: extrinsecus pugnae, intrinsecus timor (*gr. ἀνεσιν, Vulg. requiem*). PS. SEN. mon. 187 arcum intentio frangit, animum -o. EVSEB. EMES. serm. 19, 33 -o feriarum. *al. remittitur terra, quae requiescere potest, non colitur:* VET. LAT. exod. 23, 11 (Aug. quaest. hept. 2, 89) septimo ... anno -em facies et requiem dabis illi terrae (*gr. ἀφρασιν ποιήσεις, Vulg. dimittes terram*). **b** *cetera exempla (fere in malam partem de languore sim.):* CIC. Tusc. 2, 54 (*antea p. 1039, 68*) animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, -e autem sic urgetur, ut se nequeat extollere. fam. 5, 2, 9 in acerbissima iniuria -o animi ac dissolutio. AMBR. epist. 9, 69, 18 praestantior est fortitudo paucorum quam -o plurimorum. Ioseph 5, 22 arbitrabatur iste maritus uxorem testimonium esse castimoniae, non -em incuriae. SEDVL. op. pasch. 5, 8 negligentis agricolae -e. VITAE patr. Iurens. 35 *diabolus monachos* habundantia fructuum ... refertos cotidiana fecit -e (in- var. l.) turgescere. *al.*

3 *quaelibet res: a remittitur pars corporis (vocem v. p. 1033, 57):* CIC. de orat. 3, 222 *oculorum* tum intentione, tum -e (*cf. SEN. epist. 106, 7 quantam -em oculis det lenitas*). off. 1, 146 supercilioium aut -e aut contractione. SCRIB. LARG. 101 ex contractione, ... cum -e nervorum ([inde MARCELL. med. 20, 6]. PS. GALEN. urin. 20). GELL. 18, 10, 10 σφονγμός ... est intentio motus et -o in corde et in arteria naturalis. CASIOD. in psalm. 131, 4 l. 117 quae palpebrae nisi tremula quadam -e quieverint, somnus oculos non potest introire. liquefit caro: PS. GALEN. urin. 19. **b** *remittitur morbus, febris, dolor:* CIC. fam. 7, 26, 1 iam senescentis morbi -o. CELS. 1 prooem. 34 post -em febris (2, 15, 2 neque ... increscente febre, sed in -e eius. 3, 11, 2 in harum f. -bus. 3, 18, 6sq. SVET. Tib. 73, 2. al.). 3, 2, 2 (*antea:* morbus ... an minuatur) remedia quaedam in -bus potius experienda sunt. 3, 3, 5 plures accessiones -esque. *al. SEN. dial. 5, 39, 2 remedia in -bus prosunt. epist. 53, 9 (antea: si aeger esses). SCRIB. LARG. 99 in -e dolorum (opp. accessionibus. inde MARCELL. med. 20, 3). PLIN. nat. 23, 48 qui manifestas -es habeant. 23, 50 (opp. in accessione). VET. LAT. deut. 24, 8 (cod. 100) in -em leprae (sed in versione inepta gr. ἀφῆ, cf. p. 1033, 46; Vulg. aliter). *al. c* *remittitur accidens q. d., sc. in serm. philos. (gr. resp. ἄνεσις, cf. p. 1043, 74):* MAR. VICTORIN. Porph. isag. p. 17, 7 intentionem ... et -em recipit accidens (*cf. BOETH. ibid. i. ... et -em suscipit accidentium participatio*). BOETH. Porph. isag. p. 9, 18 illae differentiae ..., quae per se sunt, non suscipiunt magis et minus, illae vero, quae per accidens ..., intentionem recipiunt et -em. *al. apud eundem, e. g. p. 1044, 3. d* *cetera exempla (huc vergunt quaedam sub B2 allata):* CIC. Tusc. 3, 64 -o luctus. Lael. 76 quaedam amicitiae sunt -e usus amicorum eluendae. VITR. 6, 1, 6 reliquae chordae ... -bus efficiunt ... sonorum scansiones (postea: sonitibus gravioribus). 8 praef. 2 nisi aer influens in corpus ... fecerit auctus et -es. 9, 2, 2 cotidiana ... versationis -e (*sc. lunae a sole recedentis; cf. p. 1039, 43*). SEN. nat. 7, 1, 3 sol calorem suum intensionibus ac -bus temperando fovet. AMM. 17, 8, 1 aestatis -e solutis frigidibus. CLAUD. DON. Aen. 7, 25 p. 8, 25 (*de remigando*) -e molestiae luctaminis. *al. agitur de diebus, quibus ieiunium remittitur, praecipue post quadragesimae tempus:* PS. AVG. serm. ed. Mai 41, 1 quinquagesimae dies sunt, id est indulgentiae ac -is ...; dantes operam sobriae -i (*syn. relaxatione*). CASSIAN. conl. 21 tit. de -e quinquagesimae (21, 23, 2 ne puritas corporis ... abstinentia quadragesimae conquistata q. -e deperat). 21, 23, 1 ut corporis atque animae cultui prosit magis -o indulta quam noceat. VAL. CEM. hom. 19, 1 (*die Paschae*) indulgentia nimiae -is (*cf. 19, 2 solet ... omnem honestae vitae statum -o incauta decipere*). STAT. eccl. ant. p. 177, 165 paenitentes etiam diebus -is genua flectant (CAES. AREL. serm. 201, 1).*

B tollendo, demendo (peccata v. sub DI): **1** *poenam:* CIC. Catil. 4, 13 -e poenae ([opp. severitate animadversionis]. VAL. MAX. 5, 4, 7. SEN. clem. 2, 7, 1 venia est p. merita -o [sim. 2, 7, 3]. AMBR. Cain et Ab. 2, 4, 13). HIER. chron. a. Abr. 1496 captivitatibus Iudaeorum (PROSP. in psalm. 111 pr. [antea: relaxationem c.] c. -em et templi restitutionem). AVG. civ. 21, 25 p. 536, 14 aeterni ... supplicii.

2 *onus, opus, debitum (hic illic cogites de notione levandi, minuendi, ut loci ad A3d pertineant): a generatim:* VARRO rust. 1, 17, 7 servos studiosiores ... fieri ... -e operis concessioneve (PLIN. nat. 8, 168 mares equi in -e o. deteriores. *cf. p. 1035, 61*). 2, 6, 4 quod -e laboris fit deterior asinus. COLVM. 1, 7, 1 tum -em colonus petere non audet (SVET. Iul. 20, 3 publicanos -em petentis tertia mercedum parte relevavit). LEX Imit. 8 C 49 de ... -e facienda ei, quem municipibus ... aliquid praestare oportebit (VET. LAT. Esth. 2, 18 [cod. 151. al.] rex ... -em fecit omnibus regionibus [*gr. ἀφρασιν, Vulg. requiem*]. I Macc. 13, 34 [rec. L, sim. al.] ut faceret -em

regioni). TAC. ann. 4, 13, 1 -e tributis in triennium. PLIN. epist. 8, 2, 6 non verum arbitrar, quos non aequasset fides solutionis, hos benignitate -is aequari. 9, 37, 2 priore lustro, quamquam post magnas -es, reliqua creverant. *al.* VLP. dig. 19, 2, 15, 4 (*e Papin.*) si uno anno -em quis colono dederit ob sterilitatem ...; nihil obesse domino -em (MACR. somn. 1, 6, 74 -o iusta *militiae*). 19, 2, 15, 7 (*postea: mercedis exonerationem*). PANEG. 5, 11, 3 -e ... caput, *sc. in censu*. SCHOL. Cic. Bob. p. 157, 26 ut -is tantum fieret de summa pecuniae, quantum aequitas postularet. *al.*

b *speciatim apud Iudaeos respicitur annus septimus vel quinquagesimus quisque, quo debita remittuntur sim.* (*cf. p. 1034, 9; metonymice apud Christ. e. g. l. 18; gr. resp. ἄφεσις*): VET. LAT. lev. 25, 30 (cod. 100, *sim. al.*) domus ex illius possessione non exit in -e (*Vulg. in iubilaio*). 25, 41 (*ibid.*) servus ille exiet in -e et filii eius cum eo (*Vulg. aliter*). deut. 15, 1 (*ibid., sim. VVLG.*) post VII annos facies -em. 15, 2 (*ibid.*) sit praeceptum -is: remittis omnem debitum (VVLG. -em, quae hoc ordine celebrabitur). *ibid.* invocata est -o dei tui (VVLG. annus -is). 15, 9 (*ibid., sim. VVLG.*) adpropat annus septimus, annus -is (31, 10 [*ibid., sim. VVLG.*]). FILASTR. 107, 9 a. -is Christi. HIER. epist. 36, 9, 1 septimum a. -is. AVG. quaest. hept. 3, 92 quinquagesimi anni, quem vocat -is. *al.*

C *in libertatem mittendo, ab aliqua re resolvendo*: **1** *hominis*: LIV. 27, 17, 1 -e obsidum captivorumque. VET. LAT. II par. 10, 9 (cod. 109) da nobis -em a iugo, quem imposuit pater tuus super nos (*gr. ἀνεξ ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ, Vulg. subleva iugum*). Is. 61, 1 (Cyp. testim. 2, 10, *sim. al.*) praedicare captivis -em (*gr. ἀφεσιν, Vulg. indulgentiam. inde Luc. 4, 18 [cod. 3, *sim. al. et VVLG.*]). III Esdr. 4, 62 deus dedit illis Iudaeis exulibus -em et refrigerium, ut ... aedificarent ... templum (*gr. ἄνεον καὶ ἀφεσιν. inde p. 1036, 14*). CASSIOD. hist. 1, 9, 3 Constantinus -em ... cunctos habere decrevit, qui propter confessionem Christi *damnati erant* (*gr. Sozom. 1, 8, 3 ἀφεσιν*). *locut. praepos. in -em*: VET. LAT. Is. 58, 6 (cod. 94, *sim. al.*) dimitte fractos in -em (*gr. ἐν ἀφέσει, Vulg. liberos. inde Luc. 4, 18 [cod. 4, *sim. al. et VVLG.*]). LACT. epit. 54, 9 praesides legum ... in -em, malorum ... sententias venditabant (*remuneratione var. l.; cf. inst. 5, 9, 17 noxios inpune dimittant*). PS. PHILO antiq. 41, 1 redde eas civitates in -em. RVFIN. symb. 15 educat vincitos in -em. **2** *res*: APVL. mund. 28 p. 352 prima -e ad motum data ... moventur ... omnia (*gr. 398b26 ἐνδόσεως*). CASSIOD. Ios. antiq. 5, 285 (*respic. iud. 13, 5, ubi Vulg. cuius non tanget caput novacula*) Samson per ... capillorum -em propheta iam futurus agnoscebatur (*gr. ἀνέσεως. cf. p. 1054, 48sq.*).**

D *condonando*: **1** *peccata, sc. usu christ.* (*gr. resp. ἀφεσις, nisi aliud indicavimus*): **a** *generatim*: VET. LAT. Matth. 26, 28 (cod. 4, *sim. al. et VVLG.*) hic est ... sanguis meus ..., qui pro multis effundetur in -em peccatorum (Marc. 1, 4 [cod. 3, *sim. al. et VVLG.*]) Iohannes ... praedicans baptismum paenitentiae in -e p. TERT. bapt. 10, 3 [delictorum var. l.]. CYPR. epist. 69, 7, 2 [*respic. interrogatio baptismi*] credis in -em p.? sent. episc. 80 non baptizati ac per hoc -em p. non consecuti. EPIST. pontif. 286 Migne 20, 472^A si quis post -em p., *sc. baptismo effectam*, cingulum militiae saecularis habuerit. (*et saepissime*). Rom. 3, 25 (cod. 65, *sim. al. et VVLG.*) propter -em praecedentium delictorum ([*gr. πάρεσιν*]). TERT. adv. Marc. 1, 28, 2 [*syn. dimittere*]). HIL. in psalm. 118 beth [= 2] 1. (*al.*). TERT. orat. 11, 1 debitorum ([*opp. retentione*]). AVG. bapt. 3, 13, 18. (*al.*). HIL. hymn. 3, 21 confessorum criminum. DIDASC. apost. 46, 23 per baptismum -o de pessimis operibus data est. NICET. virg. laps. p. 134, 13 quid ... confert ... humana -o, si desit divina curatio? ([*cf. p. 133, 10 talium nuptiarum veniam ... inpetrare*]). LEO M. epist. 164 Conc. 5 II 4 p. 112, 6). AVG. epist. 137, 12 veniali -e purgari. *et saepe. metonymice*: PETR. CHRYS. serm. 72^{ser}, 2 flagellatur -o, *i. Christus*. SACR. Leon. 223 spiritus sanctus est omnium -o peccatorum. **b** *speciatim agit de sollemnitate sec. regulam Pachomii celebrata (spectat etiam ad B2; v. Bacht, Vermächtnis des Ursprungs II, 1983, 144sq.)*: HIER. epist. Pachom. 7 p. 95, 12 (*tit.*) ut congregentur omnes ... praepositi in monasterium ... vicesimo die mensis ... Mesore, ut rite omnium peccatorum atque operum -o compleatur. p. 95, 14 tempus in proximo est ..., ut -o omnium rerum rite celebraretur, ut ignoscatis invicem (*gr. p. 107 l. 186 ἀφεσιν et οὐγγώρησιν*). reg. Pachom. praef. 8 p. 8, 13 mense, cui vocabulum est Mesore, id est Augusto, instar iubelei -is exercentur dies et peccata omnibus dimituntur (GENNAD. vir. ill. 7).

2 *quaelibet crimina sim., sc. de indulgentia sim.*: *qualibet*: COD. Theod. 9, 38, 6 (= Iust. 1, 4, 3, 4; a. 385) ut -em veniae crimina nisi semel commissa non habeant (Iust. 1, 12, 6, 9 [a. 466] -e v. et sacramenti interveniente). AVG. serm. 208, 1 ut *fideles* ... -em cautam sentiant ..., ut aspera severitas refrenetur. SIDON. epist. 4, 9, 2 -o non vitians, correptio non cruentans et severitas eius temperamenti. CAES. AREL. serm. 101, 2 dei -e vel indulgentia. GREG. M. epist. 9, 86 l. 26 plus virium habet discreta in coertione -o quam in exsequenda ultione districtio. SACR. Gelas. 687 (*ad deum*) ut ... membrum ecclesiae ... -is tuae clementia reformetur

(*sim. 688 -is tuae benignitate*). *nimia*: PANEG. 2, 13, 2 multorum ... principum -e tantus quosdam luxus infecerat, ut *eqs. AMBR. off. 1, 21, 96 irascimini, ubi culpa est, cui irasci debeatis ...; alioquin non virtus, sed lentitudo et -o iudicatur*. AVG. in epist. Ioh. 7, 11 ne putetis ... quadam mansuetudine - immo non mansuetudine, sed -e et neglegentia - servari caritatem ...; ferveat caritas ad corrigendum. LEO M. epist. 84 Conc. 5 II 4 p. 43, 29 *ne sit -o parum cauta (opp. districtio)*. EPIST. pontif. 644 Löwenfeld 4 ne malum factum impunitatis -e subrescat. FAVST. REI. grat. 2, 1 p. 59, 14 -e mea malitiam tuam ... nutrivi. *al.*

E *reliqua exempla: emittendo*: HIER. hom. Orig. in Is. 1, 4 p. 246, 12 (*ad Is. 6, 4*) ex -e ignis cuncta impleta est domus fumo. PHILVM. med. 2 p. 117, 6 (*de dysenteria*) subsequitur fastidium cum carnis -e. *permittendo, sinendo (pendet inf. l. 14)*: LIB. geneal. chron. I p. 184, 456 (*pendet e p. 1035, 26*) quoniam deus dedit eis -em ascendere et edificare Hierusalem et templum. BENED. reg. 43, 11 nisi ... abbas licentiam dederit -e sua. *relinquendo*: FVLG. aet. mund. p. 141, 22 (*spectat ad gen. 12, 1, ubi Vulg. [verba dei] egredere de terra tua eqs.*) Abraham probatur in -e substantiae, *i. rerum possessarum*.

II vario modo: **A** *repercutiendo, sc. imaginem (cf. p. 1051, 47 sq.)*: VITR. 7, 3, 9 speculum quoddam ... incertas et sine viribus habet -es splendoris (remissores var. l.). **B** *repellendo nuntiationem operis novi, sc. t. t. iuris (de re v. Schanbacher, Der Neue Pauly 8, 1064sq.; cf. p. 1050, 64sq.)*: VULIAN. dig. 39, 1, 13 pr. -o in domini personam confertur. 39, 1, 13, 2 si in -e a patre eius, qui opus novum nuntiaverat, procurator interveniat. VLP. dig. 39, 1, 1, 7 si is, cui opus novum nuntiatum est, ante -em aedificaverit. 39, 1, 5, 16 (*e Iuliano*) plures nuntiationes esse necessarias et ... plures -es. 43, 24, 7, 2 (*e Iuliano*) qui ante -em nuntiationis ... opus fecerit, duobus interdictis tenebitur (PAVL. dig. 39, 1, 8, 4). 43, 25, 1, 2 ait praetor: 'quod ius sit illi prohibere, ne se invito fiat, in eo nuntiatum teneat: ceterum nuntiationem missam facio'; sub hoc titulo -es proponuntur (*postea p. 1050, 70*). *al. apud eundem*. **C** *referendo eo, ubi aliquid certum statui possit (cf. p. 1050, 71sq.)*: VLP. dig. 49, 4, 1, 3 (*antea: solent ... praesides remittere ad ordinem virum nominatum, ut ... creent magistratum eqs.*) a -e, quam praeses fecerit.

D *iterum mittendo*: VET. LAT. Am. 9, 6 (Ps. Fulg. Rusp. pro fid. 7 l. 312) deus aedificat super caelum ascensionem suam et -em suam super terram confirmat ([*gr. ἐπαγγελίαν, cod. 175 repositionem, Vulg. fasciculum*]). *explicatur ibid. l. 317 super terram descendet e caelo filius*). *compos.: abremissio (v. vol. I 130, 78. al.)*. *Ramminger-Sx.*

remissus, -a, -um. *a* remittere. *i. q. pertinens ad remittendam vim quandam, vehementiam sim.: passiois (in arte med.)*: CAEL. AVR. acut. 3, 4, 31 relaxare tumentia rebus congruis ac -is. *cuiuslibet actionis (in arte gramm. de notione adv. quorundam)*: PRISC. gramm. III 86, 20 *adverbia -a sunt superioribus (sc. hortativis, e. g. age) contraria, ut pedetemptim, paulatim, sensim*.

remissor, -ōris m. *a* remittere. *plur. non legitur*. [*aet. recentioris est carm. epigr. CIL V p. 705 n. 3, 9.*]

i. qui remittit (debita, iniurias sim., sc. in religione christ.; praeter l. 59sq. 63 accedit gen. [sc. obi. excepta l. 57]): **1** *deus (saepius Christus; spiritus sanctus l. 54. 59)*: PS. CYPR. ad Novat. 11, 2 dominus, peccatorum -r et paenitentium receptor (HIL. in psalm. 63, 12. AMBR. Ioseph 3, 9 v. p. 506, 5. AVG. c. Petil. 2, 92, 211 p. 137, 5 deus ..., -r p. *et saepius*). AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 43, 1 Christum ..., hoc est peccatorum et criminum -em (CONSVLT. Zacch. 2, 19, 6 spiritus sanctus ... sanctificationis indultor, -r c.). 12, 47, 2 adulterii -em (*postea: delicta donantem*). NICET. virg. laps. p. 133, 7 ut dominum ... satisfactionis vestrae, -em potius quam iniuriae suae habeatis ultorem (*gen. indicat, quo respectu deus remittat*). PETR. CHRYS. serm. 84, 7 *Christus apostolis largitus est -em (spiritum sanctum, Ioh. 20, 22sq.)*. HYMN. Walpole 94, 24 effunde nobis desuper, -r, indulgentiam. **2** *homo*: AMBR. off. 1, 17, 66 -r iniuriae *a fratribus illatae* usque ad remunerationem (*Ioseph ut: GREG. M. in Ezech. 2, 9, 19 l. 614 memor culpa et -r i.*). AVG. serm. 110A, 8 coll. Dolbeau 1996 p. 147 l. 189 euangelium (*Matth. 6, 12*) non te faceret -em, nisi ut lex (*exod. 21, 24*) tibi ostenderet debitorem. PETR. CHRYS. serm. 139, 4 in te commissorum tu -r esto peccatorum. GREG. TVR. Franc. 4, 36 p. 168, 23 *episcopus quidam* erat ... castigator delinquentium poenitentiumque -r.

remissus v. remitto. **remittior** v. remetior. *Bk.*
remitto, -mīsi, -missum, -ere. *a* re- et mittere. *scribitur perf. remeiss-* p. 1050, 66, remiss- CIL V 7478 (*saec. I*) -it (II² 5, 60 [*saec. II*]). *al.*) TAB. Vindol. II 256 II 4 -eris; p. p. p. remisa CIL II 1955; c. *apice* R. GEST. div. Aug. 3 remisi. *abbreviatur r in titulis (in nummis v. p. 1048, 29. 32)*: CIL IX 5444 (*a. 30 a. Chr./14 p. Chr.*) r(ei) p(ublicae) r(emissum), *sc. impensum (si recte sobvitur, ut 5445 [saec. I²/II¹]. 5453)*. X 5853, 8 (*aet. Trai.?*) h(onore) a(ccepto) i(mpensam) r(emisit) (*al., v. vol. VII [Ramminger-Sx.]*)

1, 550, 66sqq.; *sim.* II 7, 148 [saec. I ex./II in.] h(onore) u(so) i(mpensam) r(emisit). V 7485 [saec. II] h(onore) c(ontentus) i(mpensam) r(emisit). *al.*, v. supra p. 327, 5sq.). XIV 3442 (saec. II) h(onore) u(so) s(umptum) r(emisit). rem: CIL IV 816 ad mea rem(iserunt?). II 1347 imp(ensam) rem(isit) (*sim.* IX 4456, 5). INSCR. Brit. 2440, 20 rem(itam) l(i)b(enter) v denariorum (*si recte solvitur, sim.* 108. 109. 188). remi: INSCR. Brit. 2440, 107 rem(itam) (*si recte solvitur, sim.* 110). remis: CIL II 5, 784 (saec. II ex.) imp(ensam) remis(it) (*sim.* 796 [saec. II ex.]. *al.*). remiser: CIL XIII 5098 impend(ium) remis(erunt) (*sim.* 5099. *al.*). remiss: CIL XI 378, 13 imp(ensam) remiss(a). NOT. Tir. 23, 21 -it. 23, 35 -sit. 23, 40^h -ssus. de notione (v. etiam p. 1042, 4. 27. 1043, 2. 53. 1044, 18. 1049, 62. 1050, 48. 50): SYNON. Cic. p. 432, 32 licet. ... praestatur. conceditur. -itur. inipune est. GLOSS. -o: συγχωρῶ. παραχωρῶ. ἀρήμι. παραρήμι. διαρήμι. ἀποπέμνω. ἀντιπέμνω. -ere: intermittere. GLOSS.^L I Ansil. RE 997 -sit: revocavit. 998sq. -e: ignosce. concede. *sim. al.* legitur in versibus inde a PLAVTO, ENN., TER., LVCIL. (in hexametris plerumque in fine versus), in prosa orat. inde a RHET. Her., CIC. per totam latinatatem. [it. rimettere, prov., cat. remetre, francog. remetre etiam sensu christ. (sec. p. 1045, 23 sqq.) haud alieno a serm. docto; sard. centr. reminere 'iterum serere, seminare'; francog. vet. remetre 'liquefacere' (cf. p. 1040, 10sqq.). cf. M.-L. 7197 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3243. Cortelazzo-Zolli² 1378. Wagner II 120. Wartburg X 239sq. Coromines V 651. Schd.-Cr.] [confunditur in codd. c. de- vel dimittere p. 1041, 19. 1044, 48. 1046, 56. 1048, 3 (restit. p. 1048, 26, perperam p. 1039, 52 et CVRT. 5, 2, 2 [v. ed. Lucarini, app. crit.], emittere p. 1047, 50 (restit. p. 1040, 7), permittere p. 1044, 74. 1046, 56. 1048, 23. *al.*, relinquere p. 1048, 45, repetere p. 1045, 66. restit. pro amittere p. 1040, 2 (falso trad. PLAVT. Most. 1169, corr. Ussing), praemittere p. 1042, 43. in falsa var. l. pro 2. recidere STAT. Theb. 10, 516 (cervice recisa codd. plerique, c. -ssa duo codd. et pars edd., probante Williams, comm. 1972, ad l.; locum addas p. 324, 70). contextu incerto vel deficiente INSCR. Athen. Mitt. 75, 1960, 84 (edict. imp. militare, a. 19 a. Chr.) solet remit(...). FEST. p. 289. loco non sano vel incerto PROP. 4, 4, 83. TAB. devot. Audolent 250B, 18 remis(s)e ferarum morsus. VLP. dig. 47, 20, 3, 2 in his ..., qui sunt in aliquo honore positi, ad tempus relegatio vel ab ordine motio -enda est (poena mitior adhibenda vid.)].

ferre i. q. rursum mittere (usum intrans. v. p. 1052, 6; gr. resp. maxime ἀφιέναι, v. p. 1038, 31. 1041, 4. 1045, 24 et e. g. p. 1047, 35, ceterum e. g. ἀνιέναι p. 1042, 50. 1044, 2. *al.*, ἀπολύειν p. 1038, 32 et e. g. p. 1047, 67. 1048, 7, καταλείπειν p. 1041, 5 et e. g. p. 1048, 51. 62).

materiam sic digerendam esse putavimus:

I -endo moveri sinitur, dimittitur:

A describitur motus localis; remissio fit:

- 1 *missum* faciendo, ab aliqua re resolvendo; -untur: **a** animantes: p. 1038, 32 (captivi p. 1038, 64). **b** res: p. 1039, 12.
- 2 relaxando, sc. res antea tentas: **a** extenta, correcta: p. 1039, 47. **b** corpus, membrum: p. 1039, 62. **c** spissa, densa: p. 1040, 10. **d** constricta: p. 1040, 34.
- 3 emittendo: **a** quae antea accepta, sumpta sunt: p. 1040, 46. **b** varia (e. g. liquorem): p. 1040, 57.
- 4 relinquendo: p. 1041, 4.

B describitur motus non localis; remissio fit:

- 1 (con)cedendo, sc. non retinendo, non accipiendo:
 - a** possessiones proprias *sim.*: **a** quae alteri committuntur: p. 1041, 36 (restituendo p. 1041, 36). **β** quae quolibet modo deponuntur, abiciuntur: p. 1042, 2.
 - b** res ab altero oblatas, sc. quae recusantur: p. 1042, 13.
- 2 omittendo: **a** actiones *sim.*: p. 1042, 25. **b** verba: p. 1042, 66.
- 3 relaxando: **a** intrans.: p. 1042, 74. **b** trans., sc. -itur res p. 1043, 45, animans p. 1044, 6. **c** refl.: p. 1044, 44. **d** mediopass.: p. 1044, 58.
- 4 ferendo, patiendi *sim.*:
 - a** condonando, non puniendo facta: **a** crimen, culpam: p. 1044, 73. **β** peccata: p. 1045, 23.
 - b** permittendo actionem: p. 1045, 44.
 - c** admittendo affirmationem: p. 1046, 19.
- 5 tollendo, demendo, prohibendo, sc. mala aliorum: **a** quae libet incommoda: p. 1046, 35. **b** onera, operas: p. 1046, 72 (in re pecuniaria p. 1047, 16). **c** multam, poenam: p. 1047, 38.
- 6 solvendo ab aliqua re, in libertatem mittendo: p. 1047, 52.
- 7 relinquendo: **a** non demendo: p. 1048, 13 (pecuniam vel rem ab altero debitam *sim.* p. 1048, 14). **b** morte linquendo: p. 1048, 49. **c** deserendo: p. 1048, 65. **d** in statu priore linquendo: p. 1048, 71.

II -endo moveri iubetur vel curatur:

A usu communi -itur aliquis (aliquid):

- 1 eo, ubi antea fuit: **a** -untur homines: p. 1049, 5 (nuntii p. 1049, 34, milites p. 1049, 43, mortui p. 1049, 58). **b** -untur res: p. 1049, 71. **c** usu absoluto: p. 1050, 8.
- 2 in compensatione: p. 1050, 11.
- 3 iterum: p. 1050, 42.

B usu speciali agitur: 1 de repudio, divortio *sim.*: p. 1050, 46. 2 de remissione nuntiationis operis novi: p. 1050, 64. 3 de actu referendi eo, ubi aliquid certum statui possit: p. 1050, 71.

III -endo iacitur; -itur:

- A** vel motu contrario vel eo, unde ventum est: 1 varia repercutiendo: p. 1051, 38. 2 res iactas rursus iaculando: p. 1051, 55. 3 eo iaciendo, unde aliquid demptum est: p. 1051, 62. 4 retorquendo: p. 1051, 64.

B retro vel post tergum: p. 1051, 67.

C obviam: p. 1051, 75.

appendix syntactica et stilistica: p. 1052, 2.

p. p. p. **remissus**, -a, -um pro adi. vel subst.: p. 1052, 33 (remissa neutr. plur. p. 1054, 74, fem. sing. p. 1055, 15).

adv. **remissē**, -ius: p. 1055, 29.

I actio -endi fit moveri sinendo, dimittendo (vi originali resolvi vid. comprehensa, tenta *sim.*; praeverbium re- spectat insuper ad reditum ad locum priorem l. 37. 42sq. p. 1040, 46sq. *al.*, iterationem p. 1039, 3. 11, notionem post se relinquendi p. 1041, 4. 1048, 12):

A describitur motus localis (exempla ad possessionem rerum corp. pertinentia ad B traximus); remissio fit: 1 *missum* faciendo, ab aliqua re resolvendo (accedit praedic. adi. ad obi. l. 46. 53. 75 [cf. abl. l. 51], inf. l. 54; indicatur quo passim, unde per abl. e. g. l. 37. 59. p. 1039, 8. 25, praepos. ab l. 59sq. 63, de p. 1039, 22, ex l. 72; gr. resp. maxime ἀφιέναι, e. g. l. 75. p. 1041, 4, vel ἀπολύειν, e. g. l. 53sq. p. 1039, 2); -untur: **a** animantes, quibus permissio abeundi vel redeundi datur vel qui liberantur (animae l. 45; -it res e. g. l. 43. 50sq.): **a** homines: ① quilibet (exempla selecta inde ab Ov.): PLAVT. Capt. 153 (iocose) quia nunc -ssus est edendi exercitus (155. FLOR. epit. 4, 2, 17 [cf. Liv. perioch. 109 dimissurum]. *sim.* PLAVT. Epid. 206 a legione omnes -ssi sunt domum Thebis). TER. Hec. 665 videte, ... -ssan uxore, sc. parentibus, opus sit vobis reductan domum. CAES. Gall. 7, 4, 10 Gallos alios necat ..., alios effossis oculis domum -it. VERG. Aen. 2, 543 (loq. Priamus) Achilles me ... in mea regna -sit. 12, 390 Aeneas saucius auxilio ... viam ... poscit: ense secent ... vulnus ... seseque in bella -ant (cf. STAT. Theb. 10, 717 te ... iterum ... iterumque -ere bellis. paulo aliter p. 1049, 53). Ov. met. 11, 452 tibi iuro ..., si me modo fata -ant, me ante reversurum quam eqs. MANIL. 1, 759 heroum animae dignataque nomina caelo corporibus resoluta suis terraque -ssa huc, sc. ad lacteum orbem, migrant ex orbe. VAL. MAX. 5, 3, 4 Cicero quendam salvum ad penates suos -sit. SEN. Phaedr. 1224 (loq. Theseus) pinus, coacto vertice attingens humum, caelo -ssum me findat in geminas trabes? (sc. in duas partes). STAT. silv. 4, 2, 19 quantae columnae ... caelum ... Atlante -sso sustentare queant. 4, 7, 13 quando te dulci Latio -ent Dalmatae montes? (item -it regio: MART. 10, 78, 6 rectorem provinciae vacuo sinu -es, Dalmatia. PLIN. epist. 5, 14, 9 cupio, te ... Campania tua -at). VET. LAT. Matth. 15, 32 (cod. 2, *sim. al.*) non -am eos sic ieiunos (gr. ἀπολύσαι, Vulg. dimittere. cf. de eadem re Marc. 8, 3 [cod. 6] si sic illos -serimus ire in domos suas ieiunos [gr. ἀπολύσω, Vulg. dimiserō]). MEN. dig. 49, 16, 5, 6 a barbaris -ssos milites. VLP. dig. 48, 5, 26, 3 semel -ssus adalter reduci in domum non potest (48, 5, 30, 2). *al.* ab inferis: LVCIL. 31 non Carneaden si ipsum Orcus -at. VERG. Aen. 5, 99 Aeneas animam ... vocabat Anchisae ... manisque Acheronte -ssos. VAL. MAX. 6, 2, 8 ab inferis illum ad accusandum -ssum (cf. 7, 2 ext. 7 Aristophanes introduxit -ssum ab i. ... Periclen). SEN. Herc. O. 14 (Hercules ad Iovem) mors, sc. Hades, quem adii, me tibi certe -sit (cf. 1369 quid, rector Erebi, me -bas Iovi?). Phaedr. 627 Pluto thalami -et ille raptorem sui? STAT. Theb. 10, 379 a morte (v. p. 589, 10). *al.* ② captivi (non stricte potest separari usus ab illo p. 1048, 75 illustrato; exempla selecta inde a CAES.): PLAVT. Capt. 397 ut eum captivum redimat et -at ... huc (*sim.* iuxta ponitur redimere: LIV. 29, 6, 6sq.). CIC. off. 3, 101 captivos -endos esse (NEP. Hann. 7, 3 LIV. 22, 59, 18. *al.*). CAES. Gall. 3, 8, 5 Galli P. Crasso nuntiant, si velit suos recuperare, obseques sibi -at (LIV. 22, 22, 13 in civitates. 45, 42, 10). Ov. met. 7, 713 (loq. Cephalus) Aurora, quae me rapuerat, me ... illi Procridi irata -sit. PLIN. nat. 34, 70 captos ... Atheniensium -sit. MART. 6, 68, 8 Alcidae nympa -sit Hylan (*sim.* 9, 65, 14). FRONTIN. strat. 3, 16, 1 ex ea captivitate -ssus ad suos erat. TAC. hist. 3, 54, 2 captos ... exploratores ... -endo. VET. LAT. I Macc. 10, 33 (rec. L cod. G; in epistula Demetrii ad Iudaeos) omnem animam Iudaeorum captivam ... -o liberam gratis (gr. ἀφήμι ἐλευθέρων, [Ramminger-Sx.]

sim. rec. B omnes animas I. ... -o liberar; recc. L [codd. L, X] et V relinquo. Marc. 15, 6 (cod. 1) *Pilatus* consueverat -ere illis unum reum (gr. ἀπέλευν, Vulg. dimittere). *al.* **III** *agitator, qui iterum dimittitur* (v. vol. VIII 1174, 40sq. et Friedländer, Sittengesch.⁹ IV 182sq.; an ad p. 1050, 42? cf. CIL VI 10055, 9 [a. 67] revocatus II): CIL VI 37834, 31 (a. 110/20) cum -ssus esset, VIII vicit. 10047 b 2. 3. 6 (*saec. II; lapis periti*) vici ... -ssus II, ... -ssus semel, ... -ssus semel.

β animalia: PETRON. 89 vers. 59 nodo -ssus equus. PLIN. nat. 32, 102 *piscis* vivus ... -itur in mare (cf. MART. 10, 37, 7 ad sua captivum ... saxa -ere *piscem*). HIL. myst. 1, 12, 4 (*spectat ad gen. 8, 10, ubi Vulg. rursum dimisit*) cum *Noe* columbam et recipit et -it.

b res (corpus hominis l.37; saepe e manibus, a corpore sim. dimittendo): varia exempla: CIC. progn. frg. 4, 7 cum primum gelidos rores Aurora -it (*sim. cadunt, demittuntur guttae*: VITR. 8, 2, 4 in *calidariis* caelum, sc. *aeris calefacti*, ... corripit ex pavimentis aquam et aufert secum ad tectum ...; et primum non -it ..., *postea* non potest sustinere ..., sed stillat eqs.). div. 1, 123 *cuidam* in agro ambulanti ramulum adductum, ut -ssus esset, in oculum ... recidisse. VERG. Aen. 5, 419 Erycis tibi terga *caestuum meorum* -o ... et tu Troianos exue caestus. TIB. 1, 3, 88 puella paulatim somno fessa -at opus, sc. *stamina ducenda* (cf. Ov. fast. 2, 755 *Lucretia* desinit in lacrimas inceptaque fila -sit). PROP. 3, 9, 54 Parthorum astutae tela -ssa fugae (*nisi ad 2a vel IIIB*). Ov. am. 3, 2, 14 de ... meis manibus Iora -ssa fluent (met. 2, 200 l. -sit *Phaethon*. MART. 10, 55, 5). met. 2, 185 (*in imag.*) cui *navi* victa -sit *frena* ... rector (2, 191 nec f. -it nec retinere valet *Phaethon*. 6, 228 f. ... manu moriente *Ismeno* -ssis. VAL. FL. 5, 133. STAT. Theb. 7, 819 non arma manu, non f. -sit. 9, 871 f. ... et arma -sit. cf. l. 54). LIV. 24, 34, 11 ferrea manus *tollenonis* ... suspensa prora navem in puppim statuebat; dein -ssa subito velut ex muro cadentem navem ... undae adfligebat[n]t. 27, 28, 11 -sso fune, quo suspensa erat cataracta. SEN. contr. 3 praef. 9 ille, quidquid apprehendit, non -it, sed ... vehiculis moraturas manus incit. SEN. Phoen. 61 (*Antigona ad patrem*) *numquam* manum hanc -am (cf. 93 mitte genitoris manus). epist. 42, 5 *captivus velut avis* pluma tenebatur, quam -sit et fugit. CVRT. 4, 3, 26 corvi ... et ferreae manus, i. *harpagones*, tormento -ssae plerosque rapiebant. 9, 5, 10 *saucius* -sit arma (*adde l. 26sq.*). LVCAN. 2, 78 ferrum ... manu torpente -sit. VAL. FL. 6, 252 *Taxes* seminecem ... Hypanin vehit atque -ssum pone trahit (*item -itur corpus*: STAT. Theb. 6, 898 [*in luctatione*] *Tydeus Agylleum* alte librans inopinum sponte -sit obliquumque dedit procumbentemque eqs.). SIL. 2, 137 deficiens ... manus pharetrae sua tela -sit (*item -it ipsa manus*: STAT. Theb. 10, 111 haec manus *Somni somniantis* cornu oblita -sit. BOETH. cons. 3 carm. 2, 29 hanc *virgam* si ... dextra -sit eqs.). *al.* -itur, quod *longinquitate semovetur, liberatur*: VITR. 9, 2, 2 (*antea: lunam relaxari ab impetu solis*) *lunam*, quo longius absit a sole, a radiis eius -ssam. -itur, quod *coquendo solvitur*: PS. THEOD. PRISC. add. p. 297, 9 ut *id* discoquatur, donec ossa -ssa sint, sc. a carne.

2 relaxando, sc. res antea tentas (refl. l. 57. p. 1040, 13. 30, c. praedic. p. 1040, 12): **a extenta, porrecta** (fort. huc l. 22): PLAVT. Rud. 1036 (1015 mitte rudentem) paullisper -e restem. CIC. Lael. 45 (*in imag.*) quam laxissimas habenas habere amicitiae, quae vel adducas ... vel -as (STAT. Theb. 9, 288 sponte -sit h. CLAUD. DON. Aen. 5, 660 p. 500, 12 aurigae ... relaxant frenos et h. -unt). SALL. hist. frg. inc. 12 parvis ... velorum alis -ssis (de- *Maurenbrecher*, sed v. *Clausen, Am. Journ. Phil.* 68, 1947, 299sq.; cf. l. 66). HOR. carm. 3, 27, 67 -sso filius *Veneris* aderat arcu (SEN. dial. 2, 13, 4 STAT. Theb. 9, 261). Ov. trist. 1, 4, 14 rector ... *frena* -it equo (Pont. 4, 2, 23 studiis ... f. -si [*in imag. ut*: PLIN. epist. 5, 21, 6 cui *dolori* si f. -as. CLAUD. 28, 265 voci laxata -sit f. dolor]. *al.*: cf. l. 24). VITR. 10, 12, 2 ut non possint se -ere *rudentes*. CELS. 7, 7, 4^B invicem modo -ere, modo adtrahere *linum*. SEN. dial. 9, 17, 6 multum interest, -as aliquid an solvas. nat. 2, 29 quanto vocaliora sint ... intenta quam -ssa (*respic. chordae sim. ut*: BOETH. arithm. 2, 50, 1 l. 9 medii nervi sonum musicus vel astringendo tenuat vel -endo gravat). *al.*

b corpus, membrum sim. intentum (vocem l. 68; exempla selecta inde a SEN. philos.): LVCR. 5, 852 ut genitalia deinde per artus semina ... possint membris manare -ssis (v. *Campbell, comm.* 2003, ad l., collato 4, 1114 membra voluptatis dum vi labefacta liquescunt). 6, 743 *aves super Avernum lacum volantes* pennarum vela -unt praecipitesque cadunt (cf. l. 52). CIC. orat. 59 *orator* vocem variabit et mutabit; omnis sonorum tum intendens tum -ens persequetur gradus (cf. p. 1052, 70). Tusc. 2, 54 ut onera contentis corporibus facilius feruntur, -ssis opprimunt (LIV. 32, 5, 1 p. 1044, 21. MART. 1, 49, 11 *aquis calidis* -ssum c. astringes *flumine gelido*. CASSIOD. in psalm. 6, 71. 231 in somnum. 62, 71. 156). VERG. georg. 1, 202 si *remex* brachia forte -sit. PROP. 4, 8, 53 pocula mi digitos inter cecidere -ssos ([*sim.* Ov. epist. 19, 197 met. 4, 229]. PLIN. nat. 11, 94 d. contrahens ac -ens. QVINT. inst. 11, 3, 101 digitus ... iungens *se pollicis* -ssis ceteris eqs.). Ov. met. 9, 314 iunctas ... manus ... -sit *dea* (SEN. benef. 2,

6, 1 utrum *tela* excusso lacerto torqueantur an -ssā m. effluent. PETRON. 79, 9 cum solutus mero -sissem [ami- *trad.*] ebrias m. *al.*). Pont. 2, 2, 63 cum ... serenus erit vultusque -serit *Augustus* (SEN. dial. 5, 13, 2. *al.*). CELS. 7, 25, 3 *cutis* ... extenditur ..., deinde -itur (7, 26, 1^c [opp. adtrahenda]). SEN. Thy. 635 si metu corpus rigens -et artus. epist. 23, 3 hilaritates ... frontem -unt (QVINT. inst. 11, 3, 78 his *superciliis* contrahitur, attollitur, *ri*)emittitur *f.* PLIN. epist. 2, 5, 5 cogor postulare, ut in plerisque *huius libri vitii* f. -as. cf. 9, 17, 2 -ere aliquid ex rugis). 58, 25 caelator oculos diu intentos ac fatigatos -it atque advocat. *al.*

c spissa, densa, rigentia sim., quae fere calefaciendo sim. liquefiunt, molliuntur: **a contextu vario:** VERG. georg. 4, 36 frigore mella cogit hiems eademque calor liquefacta -it. Ov. fast. 4, 126 vere -ssus est ager (cf. LYGD. 5, 4 cum se ... vere -it humus). LVCAN. 1, 17 bruma rigens ac nescia vere -i (CLAUD. 5, 101 b. -i ... coepta). APVL. mund. 23 p. 341 (*si recte huc*) tepores frigus glaciale mitificant et brumalis austeritas terrestrium viscerum venas -it (cf. gr. 397b2 *οἱ πάγοι δὲ τὰς φλόγας ἀνιῶσιν* [fort. *αὐτορ φλέβας legit*, v. *Bajoni, ANRW II* 34, 2 p. 1813]). PASS. Iren. Lugd. p. 467, 23 plumbo -sso (GREG. TVR. glor. mart. 50 p. 523, 29). **β in arte medica:** SER. med. 266 fauces extrinsecus unguere prodest ... ceris ... -ssis (971 l. 22. PLIN. med. 3, 5, 2. *al.*; cf. 1, 3, 4 cerae albae libra (ex) olei rosacei libra -itur). 756 se vum bovis igne -es (PLAC. med. 5, 29 rec. *β sebum* in aqua -unt. *al.*). 971 adipis ... -es aut ceram (PLIN. med. 1, 6, 5 adeps -ssus cum absinthio. PLAC. med. 2, 14 rec. *α* [2, 13 rec. *β* solum]. *al.*). PELAGON. 255 cerae, bituminis ... aequis ponderibus igne[m] -ito (*Hippiatr. gr. I p. 236, 8 ἰσόσταθμα πρὸς λύσας*). MARCELL. med. 14, 44 si vetustate medicamentum inaruerit, -itur et temperatur vino. 20, 104 reliqua, quae -enda sunt, lento igne solvenda. ORIBAS. eup. 2, 1 T 13 Aa p. 512 *calx viva* calefacit ... aliquantum -endo carnes ([*sim.* La, gr. *διατήζει*]. syn. 2, 12 La p. 99, 14 *medicamentum* carnis -it [*Aa* consumit, gr. *ἐκτῆζει*]). *al.* *refl.*: MARCELL. med. 35, 14 *herbam quandam*, donec se -at, excoques, tunc ... conteres. ORIBAS. syn. 3, 60 Aa p. 863 solvis, quae solvenda sunt, et cum se -serint, tollis ab igne (*gr. aliter*). 3, 92 Aa p. 870 cum se omnia -serint (*gr. aliter*). 3 add. Aa p. 926 donec *cera* se -at.

d constricta sim., quae aperiuntur, rescinduntur sim.: TIB. 2, 4, 4 servitium ... triste datur ... et numquam misero vincula -it amor (Ov. ars 2, 291 p. 1047, 46. met. 9, 315 v. *lëvor ipsa* -ssis, sc. *parturientes*. TERT. adv. Marc. 2, 17, 4 [*spectat ad I Cor. 9, 9*] (cum) bovi ... v. oris -untur ad fructum praesentis laboris). Ov. met. 5, 399 ut *Proserpina maerens* summa vestem lanariat ab ora, conlecti flores tunicis cecidere -ssis (cf. SEN. Tro. 88 veste -ssa substringe sinus eqs.). FEST. p. 205 nodos, quibus apex retineatur et -atur (*ibid. iterum*). SEN. nat. 3, 27, 7 *torrens* saxa resolutis (revvar. l.) -ssa compagibus rotat. PETRON. 16, 2 sera ... delapsa cecidit -ssaeque subito fores admiserunt *ancillam* (reclusae *codd. rec. et edd.*). MART. 11, 75, 8 servo ... fibulam -e. *al.*

3 emittendo, sc. e corpore sim. proprio (*indicatur unde per praepos. ex l. 49. 60. 62sq. 67, de l. 69*): **a quae antea accepta, sumpta sunt** (*exemplum potiora*): LVCR. 2, 1126 *res crescentes* plura sibi assumunt quam de se corpora mittunt ..., dum non ita sunt late dispessa, ut multa -ant. VERG. georg. 2, 218 *terra* et bibit umorem et, cum vult, ex se ipsa -it. AETNA 414 *lapis molaris* per tenuis admessa vias incendia nutrit cunctanterque eadem et pigre concepta -it. Ov. fast. 6, 293 virgo est, quae semina nulla -it, sc. *pariendo*, nec capit. VITR. 2, 4, 2 parietes ... -entes salsuginem (cf. COLVM. 12, 52, 14 ne *cerata* vasa ceram -ant). SEN. epist. 56, 1 retentum spiritum (AVG. civ. 14, 24 p. 50, 17 ad s. ducendum ac -endum. cf. ARNOB. nat. 7, 28 p. 377, 11 habent ... dii nares, quibus ... accipiunt auras et -unt). *al.*

b varia: **a -itur liquor:** HOR. sat. 2, 4, 69 *pressa* ... quod *baca* -sit olivae. 2, 8, 53 quod *testa marina* -it, sc. *echinus in coquendo*. Ov. met. 1, 604 non fluminis illas *nebulas* esse, nec umentis ... tellure -i (cf. SEN. nat. 5, 8, 1 quicquid ex se paludes et flumina -unt. COLVM. 12, 15, 1 umorem, quem ... noctibus -it humus). 15, 414 quidquid vesica *lyncis* -sit, sc. *urinam*. Pont. 1, 3, 19 e molli sanguis pulmone, sc. *pthisico*, -ssus (AMPEL. 8, 11 lapis ... lac demittit, ex altera autem parte ... s. -it. VEG. mulom. 2, 34, 2 -ssus semel de palato s. non potest reprimi). COLVM. 12, 13, 1 caseus seri minimum -it. AL. SCRIB. LARG. 156 donec *radix* sucum omnem -at et quasi arida sit (PLIN. nat. 23, 113 *radix decocta* s. -it. *al.*). PLIN. nat. 36, 157 hic ... lapis nihil ex sese -it; ii lapides, qui sucum reddunt eqs.

al. **β -untur quaelibet:** HOR. epist. 2, 1, 235 veluti *manu* tractata notam labemque -unt atramenta. Ov. met. 6, 144 de quo *ventre* ... -it stamen *Arachne*. GRATT. 521 sterilis quodcumque *pabuli* -sit terra sui tenuesque ... rivi. VITR. 2, 9, 14 *larix* nec ... flammam recipit nec carbonem -it. 6, 4, 1 sol occidens ... calorem -ens efficit vespertino tempore regionem tepidiorem. CELS. 5, 28, 18^A *cutis* rubet et ... pilos -it. 7, 7, 15¹ verticem usque ad os adurunt sic, ut squamam -at. COLVM. 1, 6, 23 quas *glaeubulas* per trituram ... terrena -it area. 11, 2, 37 si *oleae* iam librum

-unt (11, 2, 41). 12, 20, 2 in coctura aeruginem -unt aenea vasa. VET. LAT. III Esdr. 4, 21 *maritus* cum muliere -it animam (gr. ἀφῆσεν. moriendo ut: CE 607, 1 [Romae] victus ... -sit a). al.

4 relinquendo (gr. resp. ἀφίεναι, nisi aliud indicavimus, ceterum e. g. καταλείπειν l. 17. 28): **a non demendo sim.; indicatur: cui:** SEN. dial. 5, 16, 3 *Darius*, cum bellum Scythis indixisset ..., rogatus ..., ut *seni* ex tribus liberis unum ... relinqueret, ... omnis se illi dixit -ssurum et *ne cavet* (cf. *Herodot.* 4, 84 καταλείπειν). **ubi:** VET. LAT. psalm. 124, 3 (cod. 400; in *imag.*) non -et virgam peccatorum super sortem iustorum ([*Vulg.* relinquet]. Luc. 19, 44 [cod. 2] *hostes* non -ent lapidem s. lapidem [*Vulg.* relinquent]). ORIBAS. syn. 3, 207 Aa p. 890 *e colocyinthide* semen omne vacuas; lanuginem vero intus -is, (gr. ἔασαι). **b deserendo, destituendo:** VET. LAT. Is. 5, 6 (cod. 300) destruaui parietem eius ... et -am vineam meam et non ... fodietur (gr. ἀνήσω, *Vulg.* ponam ... desertam). Math. 4, 22 (cod. 1) *Jesus vocavit illos*, illi autem -serunt navem et patrem ([*Vulg.* relictis]. 19, 5 [cod. 9. al.] -et homo p. aut matrem et sequetur uxorem [gr. καταλείπει, *Vulg.* dimittet]. 19, 29 [Ambr. in psalm. 118 serm. 8, 10] quicumque -serit p. aut matrem eqs. [*Vulg.* reliquerit]). CONC. Arel. a. 314 p. 13 l. 69 qui *presbyteri* solent -ere (di- var. l.) loca sua ... et ad alia se transferunt. al. **c non perimendo:** VET. LAT. Luc. 13, 8 (cod. 4. al.; *antea:* succide illam *ficum sterilem* -e illam et hoc anno [*Vulg.* dimittet]. RVFIN. Orig. in Ios. 15, 3 p. 386, 13 (*explicit. Ios. 11, 11, ubi Vulg.* percussit ... omnes animas ..., non dimisit ... ulla reliquia) ut non -atur ullus, qui respiret. **d quolibet modo (fere -it, qui discedit sim., sed se vertit l. 32):** VET. LAT. I Macc. 9, 65 (rec. B) -sit Ionathas Symonem ... in civitatem (gr. ἀπέλιπεν ... ἐν τῇ πόλει, rec. L, V reliquit). II Macc. 5, 22 (rec. B, sim. M) Antiochus ... profectus est ...; -sit autem superpositos, qui nocerent gentem Iudaeorum (gr. κατέλιπεν, rec. cet. reliquit). Math. 5, 24 (Chromat. serm. 23, 1) -e munus tuum ad altare et vade prius reconciliari fratri tuo (*Vulg.* relinque). COMM. apol. 604 *homo avarus* spem subit alterius et sua posterga -it. instr. 1, 24, 9 (*si recte huc*) deum ... fugis ...; vertis te in faciem et dorsum deo -is, (de ore mittis trad.).

B describitur motus non localis; remissio fit: **1 (con)cedendo, sc. non retinendo, non accipiendo (passim accedit dat. indicans, cui aliquid -atur; -it fortuna l. 67):** **a possessiones proprias sim.:** **α quae alteri committuntur** (cf. p. 1048, 71): **① restituendo:** PLAVT. Most. 798 *senex* maestus est se hasce <aedis> vendidisse ...; orat, ut suadem Philolacheti, ut istas -at sibi (cf. 800 redhibere). CIC. Verr. II 1, 150 de HS DLX milibus, sc. iam numeratis, -sit D. Bruto HS CX milia. Marcell. 12 ea, quae [illa] era(n)t ade(m)pta, victis -sisti. Phil. 7, 3 -ere eum nobis Galliam citereorem, illam ultimam postulare. rep. 1, 8 (in *imag.*) ut *patria* plurimas ... nostri ... ingenii ... partis ipsa sibi ... pigneraretur tantumque nobis in nostrum privatum usum, quantum ipsi superesse posset, -ret. MANIL. 2, 859 (856sq. omne ... signum ... partibus inficitur mundi) vertuntur in orbem singula et accipiunt vires caeloque, i. *partibus mundi*, -unt (4, 504 *signa quaedam* ortu accipiunt proprias v. ultraque -unt). SEN. Phaedr. 1218 (*loq. Theseus*) Alcide, tuum Diti (sc. qui me ab inferis dimisit) -e munus, ereptos mihi restitue manes. DECRET. decur. Tergest. (CIL V 532; a. 138/61) 1, 38 apud ... imperatorem causis publicis patrocinando, quas ... s(e)m(p)e(r) no(b)is cum victoria firmiores r(e)misit. NOVATIAN. trin. 31, 19 *Christus* totam divinitatis auctoritatem rursus patri -it. BOETH. in categ. comm. 1 p. 164^p dicitur ... commune, quod utendo cuiusque fit proprium, post usum vero in commune -itur, ut est theatrum ..., cum eo utor, meum est, cum inde discedo, in commune -si. CASSIOD. Ios. antiq. 19, 273 p. 566 dum eum Claudius non solum absolvisset a culpa, sed etiam dignitatem, quam habuerat, -sisset (gr. ἐφιέντος). al. **② cetera exempla: usu vario:** CIC. Q. Rosc. 12 eidem ... infinitam largitionem -bas? Verr. II 1, 30 menses mihi tres cum eripuissetis ..., reliquum omne tempus huius anni me vobis -ssurum putastis. Phil. 12, 13 huic ... quid habemus ..., quod -amus? an Galliam ultimam? (cf. p. 1042, 8). BRVT. Cic. fam. 11, 20, 4 de exercitu, quem Pansa habuit, legionem mihi Caesar non -it. LIV. 6, 18, 7 (*ad plebeios*) ostendite *optimatibus* modo bellum; pacem habebitis; videant vos paratos ad vim, ius ipsi -ent. 35, 45, 4 multa homines, ne bellare necesse sit, voluntate -ere, quae bello ... cogi non possint. al. MANIL. 3, 614 *templum caeli* ter dena -it annorum spatia (612 tot dabit nascentibus annos). OCTAVIA 583 *precantibus* negare durum est.: principem cogi nefas. :: -at ipse. LVCAN. 4, 398 hoc ... securis ... fortuna -sit, ... quod abest *necessitas eligendi*. QVINT. decl. 263, 10 illis -sit ... veniam, sc. *rogatam*. VET. LAT. Math. 5, 40 (cod. 3, *sim. al. et VVLG.*) qui ... tunicam tuam tollere desiderat, -e ei et pallium (gr. ἀρεξ, unde Luc. 6, 29 [cod. 2] ei, qui a te auferet pallium tuum, -e tunicam [*aliter gr. μὴ κολύσῃς, Vulg.* noli prohibere]. *huc spectat e. g.* PAVL. NOL. epist. 24, 17 qui tunicam auferenti -it et pallium). al. **accedit enunt. secund. c. ut (nisi ad p. 1042, 61):** VENVL. dig. 43, 24, 22, 2 (*pr. nullam remanere actionem*) nisi -as mihi, ut absolvar. **accedit inf.:** IREN. 1, 9, 1 l. 21 utique manifestasset coniu-

gem et non -sisset de divinatione nos accipere nomen ipsius (gr. ἀφῆκεν). **β quae quolibet modo deponuntur, abiciuntur:** ENN. scaen. 365 ubi -ssā humanā vitā corpus requiescat malis. TER. Haut. 70 *laborando* nullum -is tempus neque te respicis (SCHOL. Ter. Bemb. omittes. cf. CIC. Verr. II 1, 25 ne quam ego horam de meis legitimis horis, sc. *orationi concessis*, -am). CIC. Phil. 1, 8 -ssis provinciis Gallis (8, 25 [*verba Antonii*] utramque p. ... -o, exercitum depono. cf. 8, 27 [*loq. Antonius*] Galliam ... togatam -o, comatam postulo [*sim. in re p. 1041, 40sq.*]). VELL. 2, 111, 4 -ssa sorte provinciae). VERG. Aen. 11, 359 *Turnus* cedat, ius proprium regi patriaeque -at (MART. 1, 101, 7 domini i. omne -simus aegro *servo, sc. eum manumittendo*. QVINT. decl. 297, 7 ut, si lex permetteret neutram ultionem, ... totum i. *nostrum* -remus. al.). al.

b res ab altero oblatas, sc. quae recusantur: CIC. leg. agr. 2, 61 *Pompeius a Rullo* excipitur unus, ne manubias referre iubeatur? ... -it hoc Rullo Cn. Pompeius; beneficio isto legis ... nihil utitur. Sull. 84 non modo mihi nihil adsumo, in quo quispiam repugnet, sed etiam, si quid ab omnibus conceditur, id reddo ac -o. Flacc. 38 quibus *Acmonensibus* ego laudationem *Flacci* istam -am, quoniam sunt ... leves (cf. 36 tibi habeto istam laudationem). ad Brut. 23, 5 Italiae sua vobis studia profitenti -sistis. CAES. Gall. 7, 20, 7 *Vercingetorix* ipsis *Gallis* -ret, si sibi ... honorem tribuere ... videantur. civ. 2, 32, 14 vestrum vobis beneficium -o (TAC. ann. 11, 3, 2). QVINT. decl. 5, 16 *aeger* -it oblatos *cibos*. TAC. hist. 3, 5, 1 *Sarmatae* vim equitum ... offerebant: -ssum id munus. al.

2 omittendo (accedit dat. non nisi commodi e. g. l. 10. 40sq. 51): **a actiones, affectiones sim.:** **α iam coeptas, sc. quae finiuntur, quas aliquis non iam persequitur:** **① pro obi. est inf.:** TER. Andr. 827 *si de hac re cogites*, -as iam me onerare iniuriis (DON. pro 'mittas'). SALL. Iug. 52, 5 *legatus* non -it, quid ubique hostis ageret, explorare. HOR. carm. 2, 11, 3 quid ... Cantaber ... cogitet ..., -as quaerere. **② cetera exempla (accedit praepos. de l. 36):** CIC. Cluent. 6 si *opinionem falsam* veritas extorquebit, ne repugnetis eamque animis vestris ... aequis -atis. Brut. 202 *Cotta* ad infirmitatem laterum ... contentionem omnem -serat (*nisi ad p. 1043, 60 ut:* CAES. civ. 2, 14, 6 superioris temporis c. nostri o. -serant. cf. QVINT. inst. 11, 1, 53 intentione omni -ssa loquetur). CAES. civ. 3, 17, 4 (*impediunt se exercitus invicem*) postulabat Caesar: ... si hoc sibi -i vellent, (*ad p. 1046, 36, ut vid.*), -rent ipsi de maritimis custodiis; si illud tenerent, se quoque id retenturum; ... ut haec non -rentur. LIV. 9, 14, 6 *Samnites* ... cum omnem curam belli -sissent (PS. QVINT. decl. 10, 3 *moriens* o. videtur -sisse c. paulo aliter p. 1043, 47). 9, 38, 12 ut memoriam simulatium patriae -ret (cf. 39, 5, 5 *quendam* suas inimicitias -sisse rei publicae. TAC. ann. 1, 10, 3 privata odia publicis utilitatibus -ere). 34, 8, 2 -ssa intercessio ab tribunis est (*al. v. vol. VII 1, 2158, 33sq.; cf. l. 60*). 42, 35, 2 ceteri centuriones (-ssa, appellatione ad dilectum oboedienter responderunt (Kreyszig, prae- cod. Vind.)). SEN. contr. 2, 3, 13 (*antea:* ut ... quaestiones circumcideret) -it ... eam quaestionem. VAL. MAX. 7, 3, 3 -sso militiae metu (FRONTIN. strat. 4, 1, 39 -sso ... supplicii m. [remissio var. l.]). SEN. Med. 743 (*ad inferos*) supplicis (*i. -ciis*), animae, -ssis currite ad thalamos novos. nat. 2, 33 *deos* deprecari, ut -ant minas *fulminibus indicatas* (VET. LAT. Eph. 6, 9 [cod. 75. al. et VVLG.; gr. ἀνέντεξ]). SIL. 14, 536 vix morte incepta -it, sc. in *remigatione*. PANEG. 2, 10, 3 ne tum quidem, cum ... parta gloria ... frui posses, honori operam -sisti. al.

β non incipientas: **① contextu vario:** OV. epist. 7, 149 ambage -ssa. LIV. 2, 59, 6 -ssa *militum* contione. VAL. MAX. 7, 3, 5 M. Antonio -endum convicius est, qui *bene eqs.* SEN. benef. 5, 22, 4 si *admonitionem* ... ingratis -imus. VAL. FL. 5, 665 cuperem haec etiamum bella -i (5, 681 victa retro nunc castra dabit bellumque -et. HIST. AVG. Comm. 3, 5). TAC. ann. 2, 13, 4 *Germani recesserunt*, postquam crebras pro munimentis cohortes et nihil -ssum sensere. **② in iure:** LIV. 38, 54, 12 -entibus ... his intercessionem. QVINT. decl. 281 them. *filius patrem* rogavit, ut sibi abdicationem -ret. 355 them. -serunt invicem actiones (VLP. dig. 6, 1, 13 si -atur a. legis Aquiliae. 17, 1, 12 pr. si ... fideiussori -sit a. al.). IVLIAN. dig. 34, 3, 13 (*opp. se exceptione perpetua tueri*) exceptionem eum -i creditori voluisse (VLP. dig. 3, 3, 57, 1 si quis -sit e. procuratoriam. 43, 24, 15, 5 causa cognita annuum e. -endam. al.). al.

b verba, quae praetermittuntur: OV. Pont. 2, 6, 8 sera meae convicia culpa *sunt*, aspera confesso verba -e reo. SEN. contr. exc. 5, 6, 1 facta totius adulescentiae -o, una nocte contentus sum. STAT. Ach. 1, 806 incepto paulum ex sermone -it, pauca tamen iungens. QVINT. inst. 7, 1, 21. decl. 268, 17 illa ... -amus: omne circa verba studium *eorum* et ... supervacuum quendam in exornando laborem. 323, 14 quam multa adhuc -o: taceo quid dii voluerint, taceo *eqs.* al. TERT. carn. 17, 1 -sso Alexandro cum suis syllogismis *eqs.* al.

3 relaxando (hic illic accedit dat. commodi): **a intrans. pro refl. (huc traximus gerund. p. 1043, 23. 24. 28):** **α -unt res, sc. mites**

[Ramminger-Sx.]

condosim.: ① *accedit acc. adv.*: TER. Hec. 349 si-ent quidpiam Philomenae dolores ([SCHOL. Ter. p. 144, 16 laxabunt, dimiserint]. FRONTO p. 74, 17 d. ... cervicum nihil -serunt). LIV. 3, 28, 8 hic instabat nova pugna, illa nihil -serat prior. CELS. 3, 3, 3 ut aliae febres vix quicquam aut nihil -ant, sed continent. AMM. 16, 2, 2 nihil ... -entibus curis (21, 4, 7). ② *cetera exempla*: CIC. Brut. 130 cum -serant dolores pedum (AVR. Fronto p. 74, 5 cervicum d. si tertia quoque die -serint [cf. l. 3]). CAES. civ. 3, 26, 4 si forte ventus -sisset. LIV. 2, 34, 6 ubi ... -sisset pestilentia. 40, 33, 4 ubi primum -serunt imbres. VITR. 7, 3, 7 colores ... non -unt, sed sunt perpetuo permanentes (7, 3, 8 neque cum extergentur tectoria, -unt c. cf. l. 71). CELS. 2, 14, 7 frictio numquam adhibenda est fe(b)re increscente, verum ... cum ex toto corpus eā vacabit, si minus, certe cum eā -serit (3, 5, 3 f. ... cotidie quidem increscunt, sed sine integritate tamen -unt. al. ORIBAS. syn. 6, 11, 2 Aa p. 12, 25 [gr. aliter]). SEN. benef. 2, 14, 3 (in imag.) cum accessio illa ex beneficio facta, quae animum inflammabat, -serit.

β -unt animantes: ① *vario modo (in qua re, indicatur per praepos. de l. 21, in c. abl. l. 18. 23. 28)*: RHET. Her. 3, 12, 21 in continuo clamore -ere et ad sermonem transire oportet. CIC. Att. 2, 16, 4 ita deplorat primis versibus mansionem suam in provincia, ut quemvis movere possit, ita rursus -it, ut eqs. CAES. Gall. 5, 49, 6 -endum de celeritate existimabant. VARRO rust. 3, 9, 21 si in faciando nimio cibo fastidiunt gallinae, -endum in datione. QVINT. decl. 260, 7 quia -sursus sum. *accedit acc. adv.*: CIC. Verr. II 2, 52 in tanta istius impudentia -endum aliquid videtur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere videamur (Att. 10, 4, 2 Caesar ardet furore ... nec -it a., sed in dies ingravescit. FRONTO p. 37, 22 [antea: in causa dicenda adversarium urgere et premere] si ... in his ... -endum a. putas). Phil. 8, 27 non nos urget mandatis pluribus; -it aliquantum et relaxat. fin. 4, 77 urgent tamen Stoici et nihil -unt (SALL. Iug. 98, 2 [opp. acrius instare]. CVRT. 8, 1, 32).

② *qui minus postulat (accedit praepos. de vel ex praeter l. 36)*: CIC. Verr. II 3, 82 (81 summas imminuere) Sullam viris fortissimis ... -ere de summa non potuisse (LIV. 4, 43, 11). *ibid.* in illo reprehenditur, quod ex ea pecunia -serit, quam ipse quaesierat: tibi concedetur, qui de capite vectigalium populi Romani -sisti? *ibid.* te, Verres, mulieri deterrimae recte -sisse senatores iudicabant? ③ *qui cedunt (accedit praepos. de l. 38. 42, acc. adv. l. 41)*: CIC. Verr. II 3, 135 instituit, oppressit, non -sit; facta est sponsio eqs. CAEL. Cic. fam. 8, 14, 4 Curio tribunus plebis ... -sit de stipendio Pompei (i. non iam restitit, ne militibus stipendia soberentur). BELL. Afr. 18, 4 ut uno ictu contenderent neque -rent, donec ultra ultimos colles hostes repullissent. LIV. 4, 13, 13 cum ... consul nihil -ret, sc. ut Cincinnatus dictator diceretur. 5, 12, 13 tribuni plebis ... de tributo -serunt. 6, 36, 3 -entibus tribunis plebis comitia per interregem sunt habita.

β *trans.*: α *vario usu (accedit acc. adv. l. 65); pro obi. est*: ① *res, sc. quae relaxatur vel minuitur (exempla quaedam etiam ad p. 1042, 30 pertinere possunt, e. g. l. 53)*: ② *affectus, dolor sim.*: CIC. Verr. II 4, 137 ut requiescerem curamque animi -rem (CAES. civ. 2, 13, 2 quasi re confecta ... c. et diligentiam -unt. STAT. silv. 2, 1, 57 quis tua ... mulcebit ... pectora? quis c. tuas mentisque arcana -et? al.; paulo aliter p. 1042, 38). Flacc. 53 -ant spiritus, compriment animos suos, sedent adrogantiam. VERG. georg. 4, 536 Nymphae dabunt veniam votis irasque -ent (VAL. MAX. 6, 8, 7 DICT. 2, 48). Aen. 11, 346 det libertatem fandi flatuque, i. magniloquentiam, -at Turnus ([explicat SERV. auct. -at ... pro 'laxet', ut -ssis artubus pro 'laxatis'. aliter SERV. aut 'ponat superbiam' aut 'nostros flatu -at', id est 'nobis respirare concedat']. CLAVD. carm. min. 23, 19). AETNA 164 venti languent vires animosque suos -unt. SEN. Phaedr. 435 sospes est certe parens, ...?:: metus -e. epist. 78, 12 quod nullus non intermittit dolor aut certe -itur (QVINT. inst. 11, 1, 54. CLAVD. DON. Aen. 6, 380 p. 558, 24 ut Palinurus ... curam ... relaxasset animo et d. ... -sset). al. ③ *quaelibet*: CIC. Brut. 320 Hortensius post consulatum ... summum illud suum studium oratorium -sit (Tusc. 1, 1 s., quae ... -ssa temporibus, longo intervallo intermissa revocavi. SVET. Nero 25, 3 tantum afuit a -endo laxandoque s. cantandi). CAES. Gall. 6, 14, 4 ut praesidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam -ant. SALL. Iug. 60, 3 ubi hostes paulum modo pugnam -serant (CVRT. 4, 16, 4 [antea: hostis languidus instabat] ignorabat ... causam sua sponte p. -ssae). LIV. 6, 4, 10 labor ... continuus non die, non nocte -ssus. al. SEN. contr. 9, 6, 3 post hanc vocem -ssa putares tormenta. SEN. epist. 92, 23 quidni non possit beata vita rescindi? ne -i quidem potest. al. PLIN. nat. 9, 134 bucinum, i. animal tinguendo aptum, ... damnatur, quoniam fucum -it (cf. de colore: GELL. 2, 26, 6 [verba Favorini] quaedam coloris vocabula habere ... distantias coloris rufi videntur, vel augentes eum vel -entes. v. etiam l. 10. p. 1054, 32 sqq.). VAL. FL. 5, 276 Marte -sso. al. in arte arithm. vel logica (cf. p. 1034, 38): BOETH. arithm. 1, 19, 9 l. 46 perfectus numerus nec supervacua progressionem porrigitur nec contracta

rursus deminutione -itur. Porph. isag. p. 9, 23 accidens aliquo modo et intenditur et -itur (gr. ἀνίεται). in Porph. comm. sec. 5, 11 p. 315, 17 genus neque intentionem neque remissionem suscipere potest ..., accidentis vero participatio et intenditur et -itur (cf. 5, 18 p. 336, 6 substantia neque contrahi neque -i potest).

④ *animans eiusve animus sim. (e quo statu, indicatur l. 19)*: ⑤ *exempla varia (in malam partem l. 12. 26)*: CIC. leg. 2, 38 vis sonorum et incitat languentis et languefacit excitatos et tum -it animos, tum contrahit (sim. in re QVINT. inst. 9, 4, 11 organorum soni non eadem ratione concitant a. ac -unt [cf. l. 15]. ceterum DICT. 2, 51 ut Achilles rediret in gratiam atque a. -ret. aliter l. 16. p. 1047, 73). CAES. Gall. 2, 15, 4 quod luxuriā ... relanguescere animos eorum virtutemque -i existimarent. STAT. Theb. 7, 26 (loq. Iuppiter) nunc lenis belli est nostrāque -itur irā Mars. QVINT. inst. 4, 1, 38 ad -endam intentionem iudicis, quam adversario praestat. BOETH. mus. 1, 1 humanitatem -i dulcibus modis, adstringi contrariis. ⑥ *c. respectu requietis, otii, ioci sim.; -untur*: animi (aliter l. 8. p. 1047, 73): CIC. phil. frg. V 31 (Non. p. 383, 27) non quibus intendam rebus a., sed quibus relaxem ac -am (NON. p. 383, 25 -ere: delectare). LIV. 5, 41, 4 quia Galli interposita nocte a contentione pugnae -serant a. 27, 31, 1 rege ... per dies festos ... -ente a. 32, 5, 1 data ... quiete ... a. corporaque -serant. SEN. dial. 9, 17, 5 a. vires recipient paulum resoluti et -ssi. epist. 15, 6. PLIN. epist. 7, 9, 13 (Antea l. 70) ut his opusculis a. intendatur, -atur. SVET. Cal. 32, 1. GELL. 18, 2, 1 Saturnalia ... agitabamus ... modeste, non, ut dicitur, -entes animum, nam '-ere' inquit Musonius 'animum quasi amittere est'. varia: QVINT. inst. 10, 3, 24 (antea: silvarum amoenitas eqs.) ut mihi -ere potius voluptas ista videatur cogitationem quam intendere. CLAVD. 4, 14 immensis, Stilicho, succedant otia curis et nostrae patiens corda -e lyrae.

β *accedit pron. indef. cum struct. indicante, cuius rei aliquid minuatur (sc. gen. part. vel praepos. ab, de, ex; acc. adv. v. p. 1043, l. 24)*: CIC. div. in Caec. 48 ex eo, quod ipse potest, in dicendo aliquantum -et, ut tu ... aliquid esse videre. Phil. 1, 12 si id scisset ..., -sisset aliquid ... de severitate (8, 19 iracundiae. 13, 2 si a. de summa gravitate Pompeius, multum de cupiditate Caesar -sisset. fam. 13, 19, 2 non -imus tibi a. ex nostra commendatione. CAES. civ. 3, 28, 5 ex pristina virtute. al.). PLANC. Cic. fam. 10, 9, 2 nihil de meo studio perseverantiaque (11, 13^a, 2 de diligentia. BRVT. Cic. ad Brut. 25, 6 de voluntate propria mea n. esse -ssum, de iudicio largiter. LIV. 6, 24, 10 n. ... apud milites -itur a summo certamine animi. al., e. g. GELL. 19, 1, 3 dies ... tandem inluxit; sed n. de periculo neque de saevitia venti -ssum est). OV. epist. 19, 23 ubi saevitia paulum gravis unda -sit (ASCEN. Mil. p. 35, 14 ex studio defensionis). SEN. contr. exc. 4 praef. 4 nec quicquam ex ordine vitae solito -sit (AMM. 16, 12, 18 de rigore animorum. 31, 7, 15 de rigore genuino).

γ *refl. (accedit acc. adv. l. 54. 55); subi. est: animans: CIC. Att. 10, 16, 1 cui ... non modo placabilem me praebuissem, sed totum -sissem (e concitatione sim. ut: VERG. Aen. 12, 833 [Iuppiter ad Iunonem] do, quod vis, et me victusque volensque -o. SEN. contr. 1 praef. 14 Latro in scribendo sine intervallo gravius sibi instabat ...; rursus cum se -serat [de-, di-, trad.], in omnes lusus ... se resolvebat. CLAVD. rapt. Pros. 3, 294 [291 increpat omnes] se ... -it inque humiles delapsa preces eqs.). NEP. Alc. 1, 4 simulac se -serat neque causa suberat, quare animi laborem perferret (otio sim. ut: GREG. M. moral. 2, 79 dum lassum se quisque in otio -it). res: OV. epist. 4, 51 cum se furor ille -sit. CELS. 1, 3, 6 sudor. 3, 10, 2 prima inflammatio (4, 13, 3 paululum. 4, 31, 8). 4, 13, 6 ubi paululum is morbus se -sit. 4, 31, 2 iis temporibus, quibus dolor se -sit (4, 31, 8). al. CASSIOD. in psalm. 118, 31 l. 593 non ... se sancta conscientia neglegenti securitate -serat.*

δ *mediopass. (accedit acc. adv. l. 61); subi. est: res: SEN. nat. 4^a, 2, 23 nec Nilus -itur incitaturque, prout illis etesiis impetus fuit. 7, 6, 2 donec spiritus ... -atur (cf. 7, 9, 3 venti cum ad summum virium venerunt, -untur. v. etiam l. 40. p. 1043, 8. 56). CELS. 3, 9, 3 ubi paulum -i cooperat febris (3, 12, 1 ex toto). CAEL. AVR. acut. 3, 18, 182 quando passio asperatur, tunc etiam febres extendi, et cum rursus fuerit -ssa, febres quoque levigari. animans: SEN. dial. 3, 9, 1 virtus non irascitur, sed exurgit et ... concitatur -iturque (e concitatione sim. ut: STAT. silv. 2, 7, 39 Calliope posito -ssa luctu ... Orpheos exiit dolores. CLAVD. 15, 132 [post querelas Romae] Iuppiter corda -i cooperat]). STAT. silv. 5, 3, 248 ubi dulce tibi fuit -i (otio sim. ut: PLIN. epist. 1, 16, 7 eundem antequam scribam, eundem cum scripsi, eundem etiam cum -or, ... lego. 7, 9, 9 fas est et carmine, sc. scribendo, -i. al.).*

ε *ferendo, patiendo sim.: a condonando, non puniendo facta (accedit dat. commodi personae saepius, rei e. g. p. 1045, 19. 21)*:

α *apud paganos crimen, culpam: ① sine acc. obi. (accedit praepos. pro p. 1045, 1)*: RHET. Her. 2, 30, 48 (nisi suppleas nom.) si huic sit -ssum (per-, pro- var. ll.), multos alacriores ad maleficia futuros. SEN. dial. 5, 24,

4 prudentiori credamus, stultiiori -amus. QVINT. decl. 328, 10 pro testimonio, *sc. quod non protuli, mihi -et filius*. QVEROL. p. 58, 4 ignosce ac -e. HEGES. 1, 40, 13 p. 92, 19 mitigavit ... Herodem, ut germano -ret. *al.*

① *cum acc. obi.*: CIC. Verr. II 5, 11 -o tibi hoc totum atque ista te cura libero. 5, 22 omnia tibi ista concedam et -am. 5, 47 haec omnia ... -o atque concedo. Sull. 47 (*antea*: lenitate ... mea) si quid est tibi -ssum atque concessum. Att. 10, 3^a, 2 (*antea*: Caesar mihi ignoscit ..., quod non vererim) *quosdam* quosque esse, quia non idem sibi quod mihi -sisset. SALL. or. Macri 22 *optimates* differunt vos in adventum Cn. Pompei ... neque eos pudet, vindices ut se ferunt libertatis, tot viros sine uno aut -ere iniuriam non audere aut ius non posse defendere (SEN. contr. 2, 3, 1. SEN. dial. 2, 14, 3 non vindicavit i., ne -sit quidem, sed factam negavit. *al.*). PROP. 2, 34, 21 cur crimina tanta -o (CVRT. 6, 10, 11 QVINT. inst. 8, 5, 16. *al.*; *aliter* p. 1046, 68). SEN. contr. 2, 6, 7 patri non -ere, quod a patre ipsi -ssum sit. VELL. 2, 30, 3 omnia sibi ignoscere, nihil aliis -ere. SEN. clem. 2, 7, 4 sapiens multa -et. *al.* VAL. FL. 3, 407 culpam (PAPIN. dig. 26, 7, 41 quae testamento -ssa est. 35, 1, 72, 3 non etiam dolus. *al.*). QVINT. decl. 248, 10 ut sibi aliquis unum casum -at et semel lapsus ... se ... excuset. *al.* PS. QVINT. decl. 9, 10 quae *impedia* ... patres libenter annis *iuvenilibus* -serunt. 19, 10 si respondero, -is parricidium, tormenta non obicis? PLIN. epist. 9, 21, 3 -e aliquid adulescentiae ipsius, -e lacrimis, -e indulgentiae tuae. APVL. met. 3, 19, 3 omne delictum ... -am. *al.*

β *apud Iudaeos vel Christ. peccata sim. (si etiam tolluntur, exempla ad 5 trahere possis; gr. resp. ἀφιέναι, nisi aliud indicavimus)*: ① *sine acc. obi. (pass. impers. l. 28. 30)*: VET. LAT. gen. 18, 26 (Hil. trin. 4, 25; *deus ad Abraham*) -am omni loco propter illos *iustos* (*Vulg.* dimittam; *cf. p. 1047, 62*). lev. 4, 26 (cod. 100) propitiavit pro eos sacerdos a delicto eius et -etur ei (*Vulg.* dimittetur). Matth. 18, 21 (cod. 3, *sim. al.*) quotiens -am ei, usque septies? (*Vulg.* dimittam). Luc. 6, 37 (Tert. orat. 7, 3) -ite ... et -etur vobis (*gr. ἀπολύετε καὶ ἀπολυθήσθε, Vulg.* dimittite et dimittimini). 23, 34 (Iren. 3, 18, 5, *sim. al.*) pater, -e eis; non enim sciunt, quid faciunt (*Vulg.* dimitte). CYPR. testim. 3, 22 tit. accepta iniuria -endum et ignoscendum. AMBR. paenit. 2, 10, 92 ipsi Petro statim -sit *Jesus*, quia amarissime flevit (*spectat ad Luc. 22, 62*). *al.* ② *cum acc. obi.*: VET. LAT. exod. 32, 32 (cod. 100, *sim. al.*; *Moses ad deum*) si -is eis peccatum eorum, -e (*Vulg.* dimittis ..., dimitte). *al.*, v. vol. X 1, 898, 63sq.). lev. 4, 20 (cod. 100) -etur eis delictum (*Vulg. deest*). TERT. orat. 8, 1 ut non de -endis tantum, sed etiam de avertendis ... d. supplicaremus. *al.*; *cf. l. 22*). Matth. 6, 12 (cod. 1. *al.*) -e nobis debita nostra, sicut et nos -imus debitoribus nostris (*Vulg.* dimitte ... dimittimus). HIL. in psalm. 68, 9. AVG. c. Faust. 19, 28 ad -enda d. peccatorum nostrorum. *al.*; *cf. p. 1047, 35*). *al.* -it *opus paenitentiae*: ANON. in Hebr. 18 minora delicta oblatis hostiis redimuntur ..., maiora crimina ... caesae victimae non -unt.

β *permittendo actionem, sc. alicui datur licentia, libertas aliquid faciendi (-it sive is qui explicite licentiam dat, sive is qui [id quod] non obstat, e. g. p. 1046, 6. 8)*: α *cum acc. obi.*: CIC. Verr. II 3, 219 (218 pecuniam captam negligere ...; querimonias non audire) hoc ... vobis -o; negligite praeterita, si vultis. Phil. 12, 16 ita fiet, ut, si quid -ssum aut concessum sit, meo semper periculo peccet Antonius, cum ei peccandi potestas a me concessa videatur. Att. 14, 13^b, 3 (2 te inimicum meum, necessarium tuum ... servare) tibi istuc ... -o. ANTON. Cic. Att. 10, 10, 2 (*antea*: mihi Caesar imperavit ..., ne quem omnino discedere ex Italia paterer) nihil ... tibi -ere possum. BRVT. Cic. ad Brut. 11, 2 ei, *sc. capto*, ... neque crudeliter quidquam eripui neque dissolute quidquam -si. OV. ars 2, 599 nihil hic nisi lege -ssum luditur. met. 10, 330 quod natura -it, invidia iura negant. LIV. 35, 17, 5 Nabidi ... dominationem in patria sua ... -ssam, *sc. a Romanis*. VAL. MAX. 2, 10 ext. 2 *iudices*, quod ... sibimet ipsis ... -ssuri non erant, *sc. ius iurandum*, sinceritati *Xenocratis* ... concedendum existimant. CELS. 2, 16, 2 alii tempora *cibi, sc. statuenda*, medicis pro dono -unt, sibi ipsis modum vindicant (*postea*: illorum arbitrio relinquunt). SEN. dial. 10, 13, 4 hoc, *sc. quaerere*, ... quaerentibus -amus, quis ... primus persuaserit *eqs.* (*sim.* 10, 13, 6 [*antea*: hoc cuiquam curare permittes, quod *eqs.*] hoc ... -atur: num *eqs.*). COLVM. 4, 24, 17 quam *materiam vitis* vel in brachium vel in fructum -amus (*i. crescere sinamus*). QVINT. decl. 371, 3 viri fortis optionem -o, si aequum petis. CELS. dig. 42, 1, 14 quod iussit vetuitve praetor, contrario imperio tollere et -ere licet (repetere *cod. F man. pr.*). IVLIAN. dig. 34, 3, 12 *quendam* liberationem petere non posse, nisi et hoc specialiter ei -ssum est. TERT. monog. 11, 6 (4 licentiam secundi matrimonii) si ... secundas nuptias -it *apostolus* (*I Cor. 7, 39*). *al.* β *cum struct. verbali (arcuimus l. 61sq.)*: *enunt. secund. c.* ut: CIC. Planc. 73 te mihi -ere atque concedere, ut omne studium meum in Cn. Planci honore consumerem. SEN. suas. 7, 1 -ere ait se tibi, ut vivas. PS. AVR. VICT. orig. 9, 4 Achivorum principes -sisse, ut *Aeneas* reverteretur domum. *enunt. secund. c.* ne: CIC. Att. 12, 39, 1 quamquam tibi -o, nisi quid necesse erit, necesse ne habeas scribere (*nisi*
renālis, -e. *a* ren (renes), *ad quam vocem revocatur l. 29. 32. 38. i. q. ad renes pertinens:* **1** *adi.:* CHIRON l. capp. 28 de morbo -i (55. 981 -is, *sc. m.*, qui spiam [*i. ψύαν, lumbum; spinam var. l.*] et renes liquidos facit). 691 umbone -i (*v. Adams, Pelagonius, 1995, 379*). CAEL. AVR. chron. 5, 3, 52 tit. de -i passione, quam Graeci nephritis appellant ([*inde 5 capp., ubi subauditur p.*] 5, 3, 52 -is p. a patientibus partibus nomen accepit; est autem intellecta ... p. ... renum. *ibid. iterum. 5, 3, 53. CASS. FEL. 45, 1 nefretica p. ..., id est -is*). 5, 3, 58 -i vitio (5, 3, 59). **2** *neutr. pro subst. significans: partem corporis renibus adiacentem:* PS. CYPR. cena 113 sustulit Iohannes caput, ... -ia Esaias (*respici vid. passio prophetae serra dissecti, vix Is. 11, 5*). *genus vestimenti:* ISID. orig. 19, 22, 25 hoc, *sc. lumbare*, a quibusdam et -e dicitur, quia (*in*) (*om. pars codd.*) renibus alligatur. GLOSS. III 193, 24 (*in cap. de vestimentis*) περιζῶμα: -e (*cf. vol. VII 2, 1805, 57*).

renancitur significat reprehenderit (*sc. recuperando*) PAVL. FEST. p. 276 (*fort. e lege quadam antiqua*). *a* re- et nanciri. *Bk.*

renarro, -āre. *a* re- et narrare. *de notione (cf. l. 56sq.):* GLOSS.^I I Ansil. RE 1049 (*spectat ad l. 54*) -bat: exponebat. *legitur non nisi in versibus inde a VERG., praesertim in hexam., quos fere claudit (explicatur apud gramm. l. 55sq.). [confunditur in codd. c. enarrare p. 1091, 11 (restit. l. 75), narrare e. g. l. 66 (haplographia) et p. 1091, 11 (in falsa var. l. AVG. quaest. hept. 4, 52); ceterum v. l. 62. p. 1091, 11.]*

1 *vi praeverbii vigente (pro subi. sunt fere homines, sed dea p. 1091, 13, nympa l. 60, anima l. 65, avis p. 1091, 11, scripta l. 74sq.; quid -etur, indicat obi. acc. passim [accedit acc. c. inf. l. 68], acc. c. inf. l. 74, enunt. interrog. p. 1091, 5 [etiamne l. 65?], relat. p. 1091, 9, orat. recta p. 1091, 13):* **a** *i. q. narrando repetere, sc. praeterita:* **α** *quae quis passus, expertus est sim. (factorum ordine inverso l. 62):* VERG. Aen. 3, 717 Aeneas ... fata -bat divum cursusque docebat (*locum aut ad 2 [item intellegitur compositum pro simplici SERV. Aen. 4, 116, 8, 189 POMP. gramm. V 271, 27 et supra l. 43] aut ad b trahit SERV. ad l. '-bat':* [aut] 're' vacat ..., [aut] apparet Aeneam ante de suis casibus cum Didone confuse locutum; et ideo hic addidit '-bat', quasi, quae dixerat antea, nunc ex ordine referbat, [*i.*] SERV. auct.]. *ceterum v. Fernandelli, Via Latina, 2012, 68sq.).* OV. met. 5, 635 (*loq. Arethusa*) citius, quam nunc tibi Cereri facta -o, in latices mutor. 6, 316 ut ... fit, a facto propiore, *sc. a Niobe punita*, priora -ant, *sc. de Lyciis agrestibus (retract. pars codd. rec.)*. STAT. Theb. 12, 390 Argia et Antigone mutua ... exorsae Thebas Argosque -ant (*cf. 391 reminiscitur; 404 reddere*). PRVD. ham. 855 Fides ... oblectat alumnam, *i. animam ad caelum redeuntem*, deliciis ... ore -antem querulo, quos passa, labores (*narr. cod. unus*). CLAVD. 26, 612 *homines e Gothis redempti* clades ... -ant ordine, tum grati referunt miracula belli. PAVL. NOL. carm. 24, 245 *naufragus quidam* mirum -at se ... spatio ... toto, quo relatus litori est, somno fuisse deditum. CYPR. GALL. gen. 1337 (*ad 22*) numquid non dixi vobis: '...?' Rubenus vera -ans ac scelus ... sese nolente peractum (*cf. p. 1091, 16*). **β** *quaelibet:* PRVD. perist. 10, 612 (*martyr iudici*) antiquitatem Romuli et Mavortiam lupam -as (*spectat ad iudicis verba 411sq.; opp. 613 res novellas respuis. sunt qui locum ad b trahant*). DRAC. Romul. 1, 1 Orpheum vatem -ant ... priorum litterae cantitasse dulce carmen (*Bücheler, enarr. cod.; an identidem, ut ad b pertineat?*). VEN. FORT. Mart.

[Simonsen]

3, 414 res probat ista, sc. *angelos Martinum visisse*, ... quae gesta priora -at (narr- cod. unus ante corr.).

b i. q. *iterum narrare* (-at aliquis, quod narravit ipse l. 5. 10, alius l. 9): *actione semel iterata* (cf. p. 1090, 56): STAT. Theb. 3, 400 *Tydeus* -at principia irarum quaeque orsus sit uterque vicissim, quis locus insidiis fuerit eqs. (cf. 338sq. multum ... retexens legatum sese ... isse ..., at inde vim, noctem, scelus, arma, dolos ... passum esse; 355sq.). CYPR. GALL. exod. 160 (ad 3, 10; *deus ad Moysen*) te pergere mando regis *Aegyptii* ad optutus, ut, quae sunt iussa, -es. *actione saepius iterata*: VERS. metr. Serv. gramm. IV 459, 32 (*respic. fabula Philomelae*) Thracium nefas -at cantitans hirundo, sc. *ityn, ityn' emittens* (enarr-, narr-, resonat var. ll.).

c i. q. *respondere*: DRAC. Romul. 2, 45 his, sc. *verbis Cupidinis*, laeta Venus ... -at: '...?'

2 vi *praeverbii parum perspicua vel evanida*: *fere i. q. enarrare, exponere*: CYPR. GALL. gen. 1287 (*spectat ad 41, 39; loq. Pharao*: ostendit deus tibi omnia, quae locutus es) *Ioseph* vera, -antem, sc. *somnium Pharaonis explicando* (cf. p. 1090, 56): VEN. FORT. carm. 6, 1, 128 (*in epithalamio*) cur ... egregii genitoris *sponsae* regna -em,? (r. regnare narrem fere var. l.). *Simonsen.*

renāscētia, -ae f. a renasci. i. q. *actio renascendi* (sc. per fidem christ.): VET. LAT. Hebr. 10, 39 (cod. 75) *participes sim. sumus* fidei in renascētia(m) animae (*opp.* in perdicionem; gr. εἰς περικλοῖσθαι, Vulg. in acquisitionem).

renāscibilitās, -atis f. a renasci, cf. nascibilis. *technice in doctrina christ. de baptismo, i. q. actio renascendi vel status inde ortus* (sec. vim act. suffixi q. e. -bilis): AMBROSIAST. in Rom. 16, 11, 1 *Herodionem*, quem cognatum ... vocat, ostendit devotum in caritate -is. PS. AVG. quaest. test. 50 (rec. prior Migne 35, 2250) *baptismus* forma -is est a Christo coepta (*om. rec. altera*). 54 -is donum. 115, 5 hoc ..., quod in primordio -is polliciti sunt *fideles*, ut abrenuntiarent pompis ... satanae. 127, 23 non ... accusat -s nativitatem, sed reformat. *Bk.*

renāscor, -nātus sum, -nāscī. a re- et nasci. *abbreviatur* ren p. 1094, 36. NOT. Tir. 48, 24sq. -tus. -itur. *gerundivum vi activa* p. 1093, 67. *de prosodia*: rē- p. 1093, 13. 1095, 38. *de notione* (v. etiam p. 1095, 40. 72): GLOSS. -entia: recidiva. voluit -i: ἔθελεν ἀναγεννᾶσθαι. rediviva: -entia. GLOSS.¹ I Ansil. RE 1682 resurgens: -ens. *sim. al. legitur in orat. soluta inde a CATONE, VARRONE, CIC., in versibus inde a LVCR., VERG., HOR.; frequentatur a PLIN. nat. et Christ., maxime AVG.* [confunditur in codd. c. nasci e. g. p. 1095, 43. 63. 1096, 11 (*restit.* p. 1092, 60, cf. in *edd. vet.* CIC. leg. 3, 19; *falso trad.* PLIN. nat. 21, 65), *referre* (relatus) p. 1093, 33 (*restit.* p. 1092, 1); *olim edebatur pro moraturum* TERT. nat. 1, 19, 4; *vix huc* CIL IV 4107 p. 775, 72.]

i. q. *iterum nasci* (vocem fusius tractat Bösing, *Mus. Helv.* 25, 1968, 145sq.; c. *abundantia quadam accedit* denuo p. 1092, 51. 1094, 75. 1095, 13, iterum p. 1093, 13. 1094, 48. 66, rursus e. g. l. 67. p. 1093, 10. 1094, 10; *pro subst. adhibetur part. perf.* p. 1092, 56. 1096, 30sq.; *part. praes.* p. 1092, 53. 1094, 30. 1096, 22sq.; *part. praes. fere pro adi. facultatem -endi indicat* l. 60. p. 1092, 33).

CAPVT PRIVS: quolibet contextu: **I** -untur res: **A** naturales: **1** rursus (*ex*) *crescendo, existendo sim.*: **a** strictius -untur, sponte *rescunt res vi interiore in iis partibus, quae laesae vel penitus excisae, sublatae sunt*: **a** *respiciuntur herbae, arbores sim.*: **1** *partes earum*: CATO agr. 54, 3 manibus carpito, id -etur: quod falcula secueris, non -etur. VARRO rust. 1, 44, 4 si florem ... aliudve quid decerpseris, in eodem loco eodem anno nihil -itur. SEN. epist. 104, 11 quemadmodum frondium iactura facilis est, quia -untur, sic istorum, quos amas ..., damnum, quia reparantur, etiam si non -untur, ([ad p. 1093, 65]. cf. PLIN. nat. 13, 65 *folia arboris cuiusdam* tactis ab homine ramis cadunt protinus ac postea -untur). PLIN. nat. 16, 34 *cortex suberis* praecrassus ac -ens (17, 235 c. *tiliae* -itur paulo minus quam totus). DRAC. laud. dei 1, 633 fit rediviva ... crinibus herba -tis. **11** *totae rursus germinantes, pullulantes*: e *stirpe, radice*: PAVL. FEST. p. 63 *cupressus* excisa non -itur. COLVM. 11, 3, 7 *vepre* post ignis iniuriam melius -i. PLIN. nat. 13, 42 *quandam palmam* cum phoenice ave ... intermori ac -i ex se ipsa. 21, 47 mirum in eo *amaranto* gaudere decerpi et laetius -i. AL. GAIVS dig. 50, 16, 30 pr. Servius *dicit silvam caedunt* eam esse, quae succisa rursus ex stirpibus aut radicibus -itur. e *surculis insitis, infixis*: PALLAD. 5, 2, 1 ex oliveto insito et casu incenso -itur oleaster infelix. AMBR. exc. Sat. 2, 56 *surculus* inseritur, arbor -itur (*in compar. c. resurrectione carnis*, cf. p. 1092, 62).

β *respiciuntur corporis partes, membra, ulcera sim. animantium*: **1** *varia*: CIC. Att. 4, 2, 5 (*in imag.*) illi, ... qui mihi pinnae inciderant, nolunt easdem -i; sed, ut spero, iam -untur (PLIN. nat. 11, 228 p. praecisae non crescunt, evulsae -untur). VARRO rust. 2, 7, 3 *equus dicitur* quinto anno incipiente ... amittere binos *dentes*, cum cavos habeat tum

-entes, ei sexto anno impleri, septimo omnes habere solet -tos (relatos trad.) et completos ([inde PLIN. nat. 11, 168]. PLIN. nat. 11, 167 d. *genuinus* decidere in senecta et mox -i certum est. et bis ibid. IVV. 14, 11). CELS. 5, 28, 14^v v. p. 25, 31. 6, 19, 3 sub quo medicamento vitiosi ungues cadunt, et in eorum locum meliores -untur (cf. PLIN. nat. 11, 255 *ungulae veterino* tantum generi *animalium* -untur). COLVM. 7, 4, 8 *ut lana* ... prolixior -atur *post tonsuram*. PLIN. nat. 9, 87 *brachia polyphi* -i, sicut colotis et lacertis caudas (10, 44 c. *pavonis* annuis vicibus amissa cum foliis arborum, donec -atur aliā cum flore eqs. 11, 264 c. *amputatae lacertis* ... -untur). *al.* APVL. met. 11, 14, 2 (*in metamorphosi*) quo sermone nunc -ta(m) lingua(m) felicibus auspicar. CAEL. AVR. chron. 3, 6, 85 *resectis vitiosis* carnibus ac -entibus novis eqs. (5, 6, 131). *al.* **11** *iecur, viscera* (*fere in fabulis*): VERG. Aen. 6, 600 nec fibris requies datur ulla -tis (sc. *iecoris Tityi* ut: OV. Pont. 1, 2, 39 *inconsumptum Tityi* semperque -ens ... *iecur*. SEN. epist. 24, 18. PHAEDR. app. 7, 14 *Tityos* ... tristi -tum suggerens poenae *iecur*. PORPH. Hor. carm. 3, 4, 77. cf. SIL. 13, 872 [*Scipio Sibyllae*] quae digna -tos ales in aeternum laniabit morsibus artus *Hannibalis velut Tityi*?). HYG. astr. 2, 15, 3 -entia iocinera *Prometheos*. AMBR. exc. Sat. 2, 69 docet ... *Ezechiel* ..., quemadmodum nimis arida -tis ossa visceribus vestiantur (cf. *Ezech.* 37, 8). **111** *capita hydrae* (cf. p. 1093, 4): ELEG. in Maecen. 1, 83 *Hercules metit* -entem ... *velociter hydram* (MIN. FEL. 20, 3 q. *felicibus vulneribus* -entem. FIRM. err. 21, 2). FLOR. epit. 1, 18, 19 (*loq. Pyrrhus*) *mihi* quasi ab angue *Lerna* tot caesa hostium capita quasi de sanguine suo -untur (*item in compar.*: HEGES. 1, 43, 3 p. 106, 27 *HIER.* in Mich. lib. 2 praef. l. 239. cf. PRVD. perist. 10, 882 artubus). **11v** *pili, capilli*: PLIN. nat. 28, 249 ubi evulsos pilos -i nolunt (29, 116. *al.* MARCELL. med. 8, 175. *al.*: cf. *HIER.* in Mich. 2, 1. 1.60 si quid ... -tum pilorum fuit, alia ... rasura ... truncatum est). PLIN. med. 1, 5, 4 folia cupressi ... efficiunt, ut capilli nigri -antur (VVLG. iud. 16, 22 c. eius *Samsonis* -i coeperant. DIOSC. 2, 165 p. 244, 28 *lacrimus eius hederiae* non -tuos c. *evellet. al.*).

γ *respicitur sal, lapis*: PLIN. nat. 31, 77 sunt et montes nativi salis, ut in Indis *Oromenus*, in quo lapidinarum modo caeditur -ens. VLP. dig. 24, 3, 7, 13 nisi tale sit *marmor*, ut lapis ibi -atur.

b *laxius significantur quaelibet actiones rursus oriendi, crescendi, maturescendi* -untur: **a** *res corporeae* (*addidimus principium rerum* l. 40): **1** *mundus eiusve partes, elementa* (*addidimus generalia quaedam*; cf. p. 1095, 3sq.): LVCR. 1, 542 (*antea p. 515, 64*) de niloque -ta, forent, quaecumque videmus (cf. item 1, 674. 757). CIC. rep. 6, 27 (= Tusc. 1, 54) principium exstinctum nec ipsum ab alio -etur nec ex se aliud creabit (*vertitur Plat. Phaedr.* 245^p οὐτε αὐτῆ [i. ἀρχῆ] ποτε ἔκ του γενήσεται). OCTAVIA 395 adest mundo dies supremus ille, qui premat genus impium caeli ruina, rursus ut stirpem novam generet -ens melior ut quondam ... *regente Saturno* (*praecedit ecpyrosis q. d. ut*: FIRM. math. 3, 1, 9 *exustae res* poterant -i. AVG. civ. 12, 12 p. 529, 1 mundum ex materia sua -i). TERT. anim. 21, 7 quod natum factumque constiterit, eius natura capiet demutationem: et -i enim poterit et refici; innatum ... et infectum immobile stabit. PANEG. 9, 18, 2 (*in imag.*) quod *Delus olim ex undis emerit* ..., eius nunc simile tot orientibus undique civitatibus, tot insulis ad humanos cultus quasi -entibus evenire. MACR. Sat. 1, 8, 10 tempus ..., a quo vicibus cuncta gignantur absumanturque et morte ex denuo -antur. IVNIL. 2, 4 homines vel iumenta ceteraque, quae morte vel corruptione pereuntia -entium similitudine renovantur.

11 *fructus, fruges, sata sim., quae rursus proveniunt*: **A** *varia exempla* (*part. perf. pro subst.* l. 56): FRONTIN. strat. 3, 4, 1 *Fabius Maximus* vastatis Campanorum agris ... recessit ...; reversus deinde -ta protivit. CE 249, 7 (*a. 136*) messes fructusque -tos digerit in pretium *frumentarius*. FIRM. err. 3, 3 ut gratias pro -tis frugibus agas. PS. APVL. herb. interpol. 109. 1.35 *herba haec* singulos per annos -itur. CARM. Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 125, 28 ast ego iam Bromio, thiasos celebrabo -to (*nato trad.*; i. v. vino, cf. *Dahlmann, Abh. Mainz. Ak.* 1987, 6, 61sq.). DRAC. laud. dei 1, 625 annua ... agris frumenta -i mortua (*in compar. c. resurrectione carnis* ut: 1, 634 v. p. 590, 15). **B** -untur *semina sim.* (iactus seminis l. 65): SOL. 27, 6 ut iacta ibi semina cum incremento centesimae frugis -antur (*inde* ISID. orig. 17, 3, 12 iactus seminis eius in incremento frugis centesimum -atur. cf. AMM. 22, 15, 13 *iacetae sementes ibi* ... cum augmento fere septuagesimo -untur). ANON. in I Cor. 81 (*respic. 15, 37*) *frumentorum* 'semen' ... -itur (*in compar. c. resurrectione carnis* ut: CONSVLT. Zacch. 1, 23, 9).

β *res incorporeae*: *tempora sim.* (*disting. p. 1093, 30sq.*): SEN. Herc. O. 861 -tum ... diem (Tro. 10 APVL. met. 7, 26, 3). CALP. ecl. 5, 21 florent saltus viridisque -itur annus (PLIN. nat. 2, 13. 16. 95). PORPH. Hor. carm. 4, 7, 13 ne viderentur et homines -i ut tempora (*locus etiam ad p. 1093, 65 pertinet*). POTAM. tract. 1 l. 15 per quatuor dierum circulos succidua incrementi et decrementi vicissitudine -entes. AVIEN. Arat. 1345 sub men-

se -to. *corporis vel animi status, affectus sim.*: SEN. dial. 5, 42, 1 purgemus ... mentem et exstirpemus radicibus quae, quamvis tenuia undecumque haeserint, -entur. STAT. Ach. 2, 29 occultus sub corde -itur ardor, sc. amoris. AMM. 29, 5, 22 ferociam in modum Lernaee serpentis aliquotiens -entem (cf. p. 1092, 20sq.). VITA Hil. Arel. 30 l. 2 desiderium.

2 quolibet modo rursus apparendo, resurgendo, oculis se praebendo; -itur: *flumen*: OV. met. 15, 274 (loq. Pythagoras) ubi terreno Lycus est epotus hiatu, exsistit procul hinc alioque -itur ore (locum affert SEN. nat. 3, 26, 4). LVCAN. 3, 262 Tigrim subito tellus absorbet hiatu occultosque tegit cursus rursusque -tum fonte novo flumen eqs. *stella, sidus sim. oriens*: MANIL. 1, 69 rudis ... vita hominum ... tum velut amissis maerens, tum laeta -tis sideribus eqs. (v. app. crit.). CARM. de resurr. 126 s. cuncta cadunt, iterum -ta lucescunt). SEN. Herc. f. 127 solis luce -ta. PETRON. frg. 31 vers. 5 (= ANTH. 469, 5) -entem Phoebum cernuntque cadentem. SIL. 5, 56 iam ... orbe -to diluerat nebulas Titan. CLAVD. 9, 15 totiens ... -to ... igne solis. al. *luna crescens*: FIRM. math. 1, 4, 9 v. p. 1107, 35. 6, 25, 4 -tis luminibus (ibid. iterum). GREG. M. moral. 30, 45 luna.

B quaelibet non naturā crescentes vel creatae; -untur, quae rursus existunt, oriuntur sim., sc.: **1** varia: **a** quae mente, animo percipiuntur: CIC. fam. 11, 14, 3 bellum istuc -tum mirantur homines (ad Brut. 22, 2 Liv. 9, 12, 1. 28, 1, 1. TAC. hist. 3, 59, 1 ex integro). BRVT. Cic. ad Brut. 12, 1 ne semper primi cuiusque mali excidendi causa sit, ut aliud malum -atur illo peius. HOR. carm. 3, 3, 61 Troiae -ens alite lugubri fortuna tristi clade iterabitur (STAT. silv. 1, 5, 65 tua iam melius discat f. -!). ars 70 multa -entur, quae iam cadere, cadentque quae nunc sunt in honore vocabula (60sq. ut silvae foliis pronos mutantur in annos ..., ita verborum vetus interit aetas eqs.; agitur de archaismis; de verbis novis agi putat Bösing, Rhein. Mus. 113, 1970, 247sq.). CALP. ecl. 1, 42 aurea secura cum pace -itur aetas (cf. PANEG. 9, 18, 5 aurea illa saecula ... aeternis auspiciis Iovis ... -untur). MART. 5, 23, 3 iura theatralis loci postquam placidi censoris cura -i iussit (OPT. PORF. carm. 14, 6 te duce ... iura -ta sunt. cf. MART. 6, 7, 1 Iulia lex populis ... -ta est [relata var. l.]). PS. QVINT. decl. 3, 8 utinam plures mortes cepisset, ut inpurum spiritum -ens poena torqueret! (cf. l. 69). VLP. dig. 8, 5, 6 pr. si ... rursus deposuerit aedificium suum vicinus, -etur tibi vindictio (item in iure: 15, 3, 10, 9 quaerit, ... an -atur de in rem verso actio an vero ex postfacto non conualescat). PANEG. 8, 1, 3 in -entem rem publicam ... merita. FIRM. err. 2, 3 ut annuis luctibus in animis sacerdotum ... necis Ostridis exitium -atur (sim. 3, 4. 16, 3. cf. 6, 6 qui tyrannus qualia fecerit scelera, ... in scaenis cottidae a ... auctoribus traditur, ut ... crudelitas in animis audientium funestis semper relationibus -atur). 17, 4. CLAVD. 1, 15 quemcumque require hac de stirpe virum: certum est de consule nasci; per fasces numerantur avi semperque -ta nobilitate virent. VITA Hil. Arel. 30 l. 22 in singulis, sc. discipulis, eius Hilarii gratia conualescens cotidianis profectibus generata -itur (cf. p. 1094, 39sq.). **b** quae sensibus percipiuntur: *aedificia*: SIL. 13, 675 nos miserae muros et tecta -ta Sagunto dedimus. STAT. silv. 4, 3, 160 -tae Tarpeius pater intonabit aulae. MART. 6, 4, 3 (ad Domitianum) tot nascentia templa, tot -ta Roma tibi debet. *statua lignea*: MART. 8, 40, 3 rari memoris, Priape, custos, ex quo natus es et potes -i.

2 urbes, civitates: LIV. 6, 1, 3 clariora ... ab secunda origine, sc. Gallis expulsis, velut ab stirpibus laetius feraciusque -tae urbis gesta. INSCR. numm. imp. Galba I² p. 233 n. 24sq. Roma -ens (Nerva II p. 227 n. 67. sim. al.). CVRT. 4, 4, 21 Tyrus multis ... casibus defuncta et post excidium -ta. STAT. silv. 3, 5, 104 Stabias ... -tas. IVST. 31, 8, 3 optabilem Troiae ruinam fuisse ..., ut tam feliciter -retur (sc. in Roma rursus apparendo: CLAVD. DON. Aen. 7, 320 p. 51, 7 -ens T. [ad v. 322 recidiva ... Pergama]. 10, 25 p. 295, 1 [queritur Venus] periiit ... antiqua T. nec alteram -i permittitur. cf. l. 24). PRVD. c. Symm. 2, 656 (loq. Roma) sub quo principe senium omne -ens deposui vidique meam flavescere rursus canitiem. RVT. NAM. 1, 140 illud te, Roma, reparat, quod cetera regna resolvit: ordo -endi est crescere posse malis.

II -untur animantes eorumve animae (partes corporis v. p. 1091, 71 sqq., hydrum v. p. 1092, 21sq.): **A** proprie respiciuntur: **1** homines, qui resurgunt, in vitam redeunt post mortem (negantur homines -i l. 71. 73, v. etiam p. 1091, 57. 1092, 73): **a** varia exempla: VARRO frg. Aug. civ. 22, 28 p. 622, 12 esse in -endis hominibus quam appellant παλιγγενεσίαν Graeci. SEN. contr. 10, 4, 22 ut mortibus facinus luas ..., in poenas quotiens tibi -endum est! (cf. SEN. Oed. 946 iterum vivere atque iterum mori liceat, -i semper, ut totiens nova supplicia pendas). CE 1144, 7 (non post saec. II; loq. defunctus) me quem nulla dies poterit visura -i. LACT. inst. 7, 22, 18 gentiles -i eas animas putaverunt et denuo ad uterum revolvi (7, 23, 1 a. non ... -entur, quod fieri non potest, sed resurgent eqs.). al. **b** per metempsychosin: HOR. epod. 15, 21 nec te Pythagorae fallant arcana -ti (AVSON. 27, 21 [418 S.], 38). OV. fast. 3, 153

qui Pythagoras posse -i nos putat. SEN. benef. 7, 21, 1. PS. QVINT. decl. 4, 16 si verum est post ... innumerabiles annos reddi rursus aliis corporibus animas, fortassis in me -tus sit aliquis ex illis eqs. MIN. FEL. 34, 6. LACT. inst. 7, 12, 30 disserit Pythagoras animas -i modo in homine, modo in pecude eqs. (epit. 63, 9).

2 qui (quae) -untur per editam, procreatam sui generis progeniem (-itur ipsa progenies l. 8. 17. 30): **a** animalia: **a** avis phoenix (v. etiam p. 1091, 64): OV. met. 15, 402 ferunt ... corpore de patrio parvum phoenicea -i. MELA 3, 84 putrescentium membrorum tabe concreta ipsa se concipit atque ex se rursus -itur. COMM. apol. 139 sicut avis Phoenix meditatatur a morte -i, dat nobis exemplum, post funera surgere posse. al. aquila (ut phoenix): AMBR. paenit. 2, 2, 8 (respic. psalm. 102, 5) a., cum fuerit mortua, ex suis reliquiis -itur (postea p. 1095, 36). **β** cetera: gyryni in ranas se mutando: PLIN. nat. 9, 159 resolvuntur in limum ... et rursus vernis aquis -untur, quae fuere natae. animalia minuta eorumve ova: PLIN. nat. 11, 102 locustas Vergiliarum exortu parere, deinde ad Canis ortum obire et alias -i; quidam Arcturi occasu -i. MARCELL. med. 4, 19 hoc pacto lendines necati ultra non -untur (4, 21 PLIN. phys. Sang. p. 187 l. 15). 4, 68 aliquis ita liberatur a peduculis, ut penitus extirpentur nec postea in eo -antur. CAEL. AVR. chron. 4, 8, 130 erit praeterea curandum, ne frequenter haec animalia, i. lumbrici, -antur, ut eqs.

b homines vel gens humana (pro subole, progenie habentur etiam, qui non parentibus nati sunt): PLIN. nat. 5, 73 Essenorum gens ... sine ulla femina ... convenarum, i. eo fugientium, turbā -itur. PROB. Verg. georg. 1, 60 Deucalion et Pyrrha lapides iecerunt post se, ex quibus hominum genus -tum est (post diluvium, ut PS. HIL. gen. 189 vir ... unus, i. Noe, residet generis populique refector ..., multi per quem data luce -ti). de eis, qui tempore posteriore nati sunt (part. praes. pro subst.): CE 1077, 1 (saec. I) sei qua -entes optant certamina laudis, ex nostra aspiciant facta priora fide.

B translate: **1** rursus apparendo in posteris: LIV. 26, 41, 25 (loq. Scipio minor) faciam, ut ... effigiem patris patrique vobis reddam, ut revixisse aut -tum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat. INSCR. numm. imp. II p. 404 n. 532 Hadrianus Aug(ustus) p(ater) p(atricia) ren(atus) (v. edd. ad loc. p. 335; ren(ovator) vix recte Latte, Gnomon 29, 1957, 260). RVF. FEST. 22 Aurelius Alexander quasi fato quodam in exitium Persicae gentis -tus iuvenis. VITA Hil. Arel. 30 l. 11 in successoribus ... -i non cessat (sc. Hilarius ut: 31 l. 4 tot annorum spatiis evolutis in tuorum filiorum -i non cessas honoribus atque reparari. cf. p. 1093, 46).

2 evadendo e calamitate, periculo sim.: VAL. MAX. 6, 5, 1 populus Romanus Camerinis praedia restituit; ... sic -ti erant. SIL. 7, 732 e media iam morte -ta iuventus eqs. STAT. silv. 3, 3, 154 pro patre -to (de exilio in patriam restituito). QVINT. decl. 260, 26 liberi abdicati, postea ab alio recepti -ti sunt novumque fatum quodammodo sortiti. PLIN. paneg. 39, 3 sparsas ... gentilitates ... conectere et quasi -i iubere. FIRM. math. 5, 3, 27 quidam ... sic ante oculos suos mortis videbunt pericula posita, ut tunc se putent iterum -tos. CLAVD. 26, 43 tua nos urgenti dextera leto eripuit, tectisque suis redduntur ... damnati fato populi, virtute -ti. DRAC. Romul. 7, 5.

3 initiatione, sacris, mysteriis (cf. l. 57): APVL. met. 11, 21, 7 cum transactis vitae temporibus ... Isis eos solet ... sua providentia quodam modo -tos ad novae reponere rursus salutis curricula. CARM. Vermaseren, Excavations in the Mithraeum of Sancta Prisca, 1965, 207 (a. 190/200?) pi(e) re(b)us -tum dulcibus atque creatum. CIL VI 510, 19 (a. 376) quidam taurobolio criobolique in aeternum -tus aram sacravit. **4** specie transformando: APVL. met. 11, 16, 4 (3 Isis Lucium ex asino reformavit ad homines) Lucius -tus quodam modo.

CAPVT ALTERVM: in doctrina Christianorum: I corporaliter (-untur fere homines, sed mundus sub B2): A resurgendo post mortem (cf. l. 11. p. 1091, 69. 1092, 68): -untur Christi fideles (addidimus generalia l. 64. 67): MIN. FEL. 11, 2 (loq. Caecilius) Christiani -i se ferunt post mortem et cineres et favillas; ... putes eos iam revixisse. IVVENC. 1, 209 (loq. Simeon) hic puer, i. Iesus, ... -i concedet populos (spectat ad Luc. 2, 34 in ... resurrectionem multorum). AMBR. exc. Sat. 2, 64 cur miremur -i posse, quod fuerit, cum videamus natum esse, quod non fuit? PRVD. cath. 3, 194 suis iterum tumulis prisca -itur effigies. DRAC. laud. dei 1, 683 defuncta -i credamus virtute dei. CAES. AREL. serm. 204, 2 dei populus -turus est ad aeternitatem, sc. in saeculi consummatione, nunc -itur ad salutem, (ad p. 1096, 10sq.). al. -itur Elias: IVVENC. 3, 349 venit certo sub tempore ... Helias ...; sed si quis credit, iam venerat ante -ens (spectat ad Matth. 17, 12). -itur Christus: MAX. TAUR. 38, 4 (= 78, 2) sicut tunc de utero ad praedicandum natus est, ita nunc ad euangelizandum -tus est de sepulchro.

B vario modo; -itur: 1 Christus homo nascens (primum natus ante omnia saecula): LACT. inst. 4, 11, 14 deus -i eum Christum denuo in

carne praecepit et ipsi homini similem fieri. epit. 38, 9 -tus est ... ex virgine sine patre tamquam homo (*postea*: in secunda *nativitate*).

2 mundus renovatus (cf. p. 1092, 37sq.) *post Christum*: *natum*: PRVD. cath. 11, 63 tunc -tus sordidum m. veterum depulit. MAX. TAVR. 61^b, 1 m. ... testimonium perhibet, dum nascente Christo et ipse -itur; -itur enim, cum *eqs.* *resurrectum*: VEN. FORT. carm. 3, 9, 31 -entis testatur gratia mundi omnia cum domino dona redisse suo ...; undique fronde nemus *eqs.*

II spiritualiter vel incorporaliter -untur homines sim., sc. primum carnaliter nati (cf. e. g. l. 41. 60), *post mortem spiritalem* (cf. e. g. l. 30sq. 36. 70): **A formae variae; regeneratio fit: 1 per baptismum:**

a -untur quilibet: **α in sacr. script.:** VET. LAT. Ioh. 3, 3sq. (cod. 2, *sim. al.*) Iesus ... dixit ...: 'nisi quis -tus fuerit denuo, non poterit videre regnum dei'; (4) dicit ad illum Nicodemus: 'quomodo potest homo denuo -i, cum sit senex? numquid potest in utero matris suae denuo introire et -i?'; (5) respondit Iesus: '... nisi quis -tus fuerit ex aqua et spiritu, (*eadem* VVLG.), non potest introire in regnum caelorum; ... (7) oportet vos -i denuo' (gr. *γεννηθῆναι sim., cod. 10. al. et Vulg. [praeter l. 17] nasci vel natus*).

β alibi: **① iunctura -i ex aqua et spiritu sim. (pendet e l. 16):** CYPR. mortal. 14 qui ex a. et s. non -tus gehennae ignibus mancipatur. PS. CYPR. pudic. 2, 1. AMBR. spir. 2, 7, 63 ex s. secundum gratiam nos -i. PS. ORIG. tract. 15, 8 -tus ... ex a. et superna virtute. LEO M. serm. 22, 5 ut, qui ex corruptibili carne natus es (*spectat ad l. 58*), ex dei s. -aris. **al.** **② cetera exempla:** CYPR. sent. episc. 10 debent venientes ad ecclesiam matrem nostram vere -i et baptizari (*item iungitur*: testim. 3, 25 tit. ad regnum dei, nisi b. et -tus quis fuerit, pervenire non posse. AVG. serm. 224, 1 hodierno die, *i. paschae*, qui b. sunt et -ti sunt in Christo Iesu *eqs.*). HIL. trin. 1, 13 dum, *sc. baptismo*, ... morientes vitiis immortalitati -remur (*sec. Rom. 6, 3sq.; cf. e. g. AMBR. spir. 1, 6, 79 in Christo morimur, ut -amur. RVFIN. Orig. in num. 9, 9 p. 66, 23 omnis, qui in Christo credit, primo moritur et post hoc -itur*). 8, 9 in uno baptismo -ti (GAUDENT. serm. 8, 49 in diluvio antiquo homines perierunt et nunc in b. -untur. *al.*). AMBR. paenit. 2, 2, 8 per lavacrum ... renovamur, per quod -imur; ... per baptismatis sacramentum, cum fuerimus peccato mortui, -imur deo ac reformamur (GREG. TVR. Franc. 5, 11). PRVD. perist. 10, 429 Christi ... lymfis ut -antur patri, capiant et ... paraclitum. CE 2193, 2 (*saec. IV*) Herculia hic sita est sacratis abluta lymbis, quae nuper (r)ena(ta) deo vivit per saecula semper. AVG. c. Iulian. 6, 9, 26 potuisti ... dicere, quod -itur; potuisti, quod regeneratur; potuisti postremo, quod baptizatur. serm. 174, 9 in parvulis natis et nondum baptizatis agnoscat Adam, in parvulis baptizatis et ob hoc -tis agnoscat Christus. CHROMAT. in Matth. 18, 1, 2 *credentes* per aquam baptismi ... deo -ti *eqs.* (*nati var. l.*). SACR. Greg. 85, 4 (374^b D.) ut sanctificatione concepta ab ... divini fontis utero in novam -ta (-tam var. l.) creaturam progenies caelestis emergat. *al.*

b -itur Christus (sc. baptizatus ab Iohanne Baptista): GAUDENT. serm. 20, 3 ex virgine in homine natus in Iordane -itur. HIER. adv. Iovin. 1, 16 *Christus virgo*, qui et natus ex virgine et -tus per virginem, *i. Iohannem Baptistam*, est. tract. p. 397 l. 6 hodie Christus natus est, post in Epiphaniis -tus est (*v. vol. V 2, 672, 33*). MAX. TAVR. 65, 3). MAX. TAVR. 13^a, 1 (*in die Epiphaniae*) adhuc exultamus natum salvatorem, et iam eum laetamur -tum; ... vix natus est hominibus, et iam -tus est sacramentis (*sim. 100, 1*). PS. MAX. TAVR. 45, 2 *Iesus -tus in baptismo*. EVSEB. GALLIC. hom. 4, 1.

2 quolibet modo (ferre fide, gratia dei sim. [saepe baptismum quoque comprehendit vid.], sed martyrio l. 65, paenitentia p. 1096, 1; per oxymoron ante nativitatem naturalem l. 75): **a varia exempla:** VET. LAT. I Petr. 1, 23 (cod. 67, *sim. al. et VVLG.*) *diligite vos quasi -ti non ex semine corruptibili, sed incorrupto per verbum dei* (gr. *ἀναγεννημένοι*). TERT. anim. 37, 4 ut tanto temporis numero nascamur, *sc. in utero*, quanto disciplinae numero -imur. adv. Marc. 5, 9, 10 filii ... eius *Christi* sunt, qui in ipso *Christo* -untur (GAUDENT. serm. 3, 7 -ti sumus in C. HIER. epist. 60, 8, 2 ex quo *tempore* in C. -imur [*nascimur var. l.*]). AVG. serm. 184, 2. *al.*; *cf. l. 28*). SCORP. 15, 3 tunc Paulus civitatis Romanae consequitur nativitatem, cum illic martyrii -itur generositate. CYPR. Demetr. 20, 2 qui exposita nativitate terrena spiritu recreati et -ti sumus (AVG. pecc. mer. 2, 8, 10 quod filii dei et s. -ti sumus. FAVST. Aug. c. Faust. 24, 1 p. 718, 5 [*affert l. 16*] nativitas non ea sola est, qua in corpore gignimur, sed et illa alia, qua -imur s. *al.*). FIRM. err. 18, 8 caelesti cibo renovate hominem perditum, ut, quicquid in vobis mortuum est, divinis beneficiis -atur. TYCON. in apoc. 92 nomen ecclesiae, quae cotidie descendit de caelo a deo, id est de ecclesia, quae -itur a domino. PS. AVG. quaest. test. 127, 23 -i ... renovari est. CARM. adv. Marc. 3, 222 abluter Christi, prior ipse -tus ab illo (*sc. Iohannes Baptista, ut GREG. M. moral. 3, 11 ille prophetiae spiritu intra matris uterum impletus atque, ut ita dixerim, priusquam nasceretur -tus*).

GREG. M. in euang. 25, 10 l. 313 inquinati post aquas salutis -amur ex lacrimis *paenitentiae. al.*

b indicatur, quem ad finem sim. (cui l. 9), sc.: **α in deum, Christum:** IREN. 2, 22, 4 omnes ..., qui per eum *Christum* -untur in deum (PATRIC. conf. 38). HIL. trin. 7, 6 in hunc *filium* -endum est (*cf. in Christum*: HIER. adv. Iovin. 1, 16. AVG. civ. 15, 1 p. 59, 2 unusquisque, quoniam ex damnata propagine exoritur, primo sit necesse est ex Adam malus ...; quod si in C. -endo profecerit, post erit bonus). OPTAT. 2, 10, 1 qui natus fuerat saeculo, -atur spiritualiter (deo), (*cf. p. 1095, 36. 39. 43*).

al. **β ad aeternam vitam, salutem sim. (adde p. 1094, 68; cf. e. g. p. 1095, 30):** HIL. trin. 8, 7 omnes ... -ti (*nati var. l.*) erant ad innocentiam, ad immortalitatem (*postea*: regenerati). PRISCILL. tract. 7, 113 in salutem. PAVL. NOL. epist. 23, 9 *quidam* iam senectute deficiens -tus est gratiae. AVG. serm. 362, 28 sicut ... ad labores carnaliter nascimur, ita ad quietem spiritualiter -imur. EVSEB. GALLIC. hom. 21, 1 ad aeternam vitam. **al.** **γ in novum hominem sim. (cf. p. 1095, 44):** GAUDENT. serm. 8, 50 oportet vos ... in novum -tos hominem a peccatis pristinis iam cavere (LEO M. serm. 26, 2). PELAG. Aug. grat. Christ. 38, 42 in meliorem hominem. MAX. TAVR. 55, 1 *ut homo* quamvis fessus senio rursus in puerum innocentiae moribus -atur.

B part. pro subst. de fidelibus (saepe c. respectu baptismi):

1 praes.: OPTAT. 2, 10, 1 ut sancto germine nova possit -entium indoles procreari (*cf. SACR. Greg. 94, 5 in subole -entium*). AVG. c. Iulian. op. imperf. 6, 41, 3 cum illa *concupiscentia* ... omnis homo nascitur nec huius concupiscentiae reatus nisi in -entibus solvitur. c. Pelag. 1, 13, 27 ista ipsa carnis concupiscentia in baptismo sic dimittitur, ut, quamvis tracta sit a nascentibus, nihil noceat -entibus. LEO M. epist. 16, 3 potentia baptismatis novam creaturam condit ex veteri, ut in -entibus et mors Christi operetur et vita. INSCR. christ. Diehl 1513c nulla -entum est distantia, quos facit unum ... una fides. **al.** **2 perf.:** TYCON. reg. 1 p. 4, 28 -ti Christi membra efficiuntur. PS. AVG. serm. ed. Mai 35, 1 ecce lilia -torum ornant altare dominicum candidis turbis gaudiorum. LEO M. epist. 15, 10 Vollmann l. 199 in quo *sacramento* nulla est discretio -torum dicente apostolo: 'quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis' (*Gal. 3, 27*). SACR. Gelas. 455 suscipe ... tuorum hostias -torum, ut ... baptismate renovati. *al.*

appendicula: *indicatur, unde quis (quid) -atur, per praepos. ab p. 1092, 40. 1093, 51, de p. 1092, 24. 38. 1094, 8. 73, ex e. g. p. 1091, 67. 68. 1092, 51. 1094, 26. 1095, 1. 16; cui (animanti vel deo), per dat. e. g. p. 1092, 6. 7. 9. 1093, 33. 1095, 36; quem ad finem sim., per praepos. ad e. g. l. 11. p. 1092, 50. 1094, 68, in c. acc. e. g. l. 12. 17. p. 1093, 68. 1095, 44, per dat. l. 14. p. 1095, 30; per quem (quid), per praepos. ab p. 1095, 72. 73, in c. abl. e. g. p. 1095, 32sq. 61sq., per e. g. l. 4. p. 1095, 48. accedit praedic. p. 1092, 43.*

deriv.: renascentia, renascibilitas, renatio, renativitas.

compos.: irregnatus. *cf. Onom. (Renatus). Fischer. παλιγγενεσία:* regeneratio, recreatio, **renātio** GLOSS. II 392, 48 (*glossa unciis inclusa iteratur 392, 54 omissio -o*). *a renasci. [saec. VII² est PS. HIER. expos. in Ioh. p. 578^b.]*

renātivitas, -ātis f. *a renasci, cf. nativitas. i. q. actio renascendi (per baptismum):* REGVLA mag. them. 25 in -e nostra sacri fontis tui ... iam te invenimus.

renato, -āvī, -ātum, -āre. *a re- et natate. [confunditur c. renare l. 57; falsa var. l. pro enatare IORD. Get. 93.]*

1 trans. i. q. redeundo tranatare (cf. vol. IX 1, 155, 33sq.): AVG. civ. 18, 17 p. 277, 5 (*e Varrone*) qui tranatato stagno quodam in lupos conversi erant, rursus ... eodem -to (*renato var. l.*) stagno reformabantur in homines (*cf. Plin. nat. 8, 81 [ex Euanthe] cum tranaverit*). **2 intrans. i. q. natando redire:** PALLAD. hist. mon. II 14 p. 368^b *latro* per flumen iterum -vit (*gr. p. 59, 12 διεκολλύμβησεν ἀδῆις, I 19, 3 p. 277^b rursus natando remeavit*).

1. renātus v. renascor.

[2. renātus v. p. 1102, 40.]

renāvigo, -āvī, -ātum, -āre. *a re- et navigare. [e con. vix recta loco corrupto TAC. Agr. 28, 1 (remigante trad.)]*

1 intrans. i. q. navigando redire: CIC. Att. 14, 16, 1 in haec Puteolana ... regna (-are) (*trad. in contextu vix sano; v. Kasten, Hermes 99, 1971, 253*). PLIN. nat. 6, 106 *mercatores* ex India -ant mense decembris ... incipiente. 32, 4 *echenais pisciculus* tenuit ... Gai principis ab Astura Antium -antis *navem* (*item c. acc. directionis: MARCELL. chron. II p. 79, 436 urbem augustam*). FRONTIN. strat. 2, 9, 9 suis ... cum successu -antibus. **2 trans. i. q. remetiendo navigare (cf. vol. IX 1, 232, 64sq.; huc spectant explicationes Verg. SERV. Aen. 3, 690 relegens, sc. litora: -ans [inde GLOSS. V 556, 51 GLOSS.¹ I Ansil. PE 167. RE 841]. GLOSS. remenso, sc. pelago vel mari [Aen. 2, 181. 3, 143]: -to [item GLOSS.¹ I Ansil.**

RE 973): SEN. Herc. f. 716 Acheron inuius -ari. *transfertur ad quemlibet motum per aquam* (cf. vol. IX 1, 233, 45sq.): VEN. FORT. Mart. 4, 281 *serpens totas ... -at undas iussu Martini* (sc. 277 pete cursum, bestia, retro).

[**rendis** GLOSS. IV 386, 13. V 609, 22 *corruptum pro resides*, v. Landgraf, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 419.]

rendo (sc. -unt) *pro reddo scrib. cod. P saec. VII REGVLA mag. 11, 93; cf. p. 478, 72.*

[**rendrophorus** *pro den- in titulo negligenter scripto* CIL XIV 107 (saec. II med.)]

reecat NOT. Tir. 75, 22. *a re- et necare (ad continuandam seriem fictum?)*.

reecto, -xum, -ere. *a re- et nectere*. NOT. Tir. 74, 65 -it. 74, 70^a -xus. [*perperam -it pro retentat in edd. vet. AVIEN. Arat. 475.*]

i. q. rursus nectere: proprie: PAVL. NOL. epist. 18, 7 p. 135, 9 custodes non ausi -ere, quod deus solverat (antea: sponte de manibus martyris vinciti ... fluere viderunt catenas). translate: PASS. Iulian. Bas. long. 16 (sim. brev.) si quis fratrem laeserat, ieiunabat fletibus studens, quousque caritatem -ret, (eum caritati adnecteret var. l.; cf. gr. ἀγάπην ἀπέδωκεν).

renegat NOT. Tir. 3, 11^a (*additamentum cod. E*). *a re- et negare. alia exempla desunt (-vero pro negavero restituit ed. princ. e falsa var. l. renuero Ps. ORIG. in Iob 2, 56 l. 2). [it. rinnegare, raet. or. rineyá, francog. renier, prov., cat., hisp., port. renegar; ex usu sacrilego (cf. abrupt. arannhà 'blasphemare', sic. arrinjari 'exsecrari', francog. renier Dieu, sim. al.) sard. arreneyare, -ai 'irasci', nisi ex hisp. vet. renegar 'in verba irae plena prorumpere'. cf. M.-L. 7207 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3257sq. Cortelazzo-Zolli² 1383. Wagner I 121sq. Wartburg X 252sq. Coromines V 894sq. Coromines-Pascual IV 221. Houaiss² 2427. Schd.-Cr.]*

?**reneo**, -ēre. *a re- et nere, si recte coni. i. q. rursus nere, nendo renovare (vix recte i. q. resolvere intellegunt alii vi praeverbii notionem verbi simplicis invertente):* Ov. fast. 6, 757 (*Aesculapius vitam reddidit Hippolyto mortuo, cui subinde Virbio nomen erat*) Pluto et parca dolent, haec fila -eri, hic fieri regni iura minora sui (, teneri trad., corr. Salmasius coll. gr. ἀναλλόθην. qui minus feliciter eadem coni. usus est EPICED. Drusi 444 fila -enda [tenenda codd.], cum respici possint vivientium fila decurrentia, quae retineantur [cf. e. g. Stat. silv. I, 4, 63. 3, 1, 171]).

renervat NOT. Tir. 65, 88^b (*additamentum cod. C et ed. Gruteri*). *a re- et nervus (cf. enervo).*

renes v. ren.

[**reneticus** VET. LAT. Dan. 2, 2 (cod. 177) *pace Ranke, ed. p. 157, corrupte traditum pro phren- putaverim coll. vol. X 1, 2055, 56sq.*]

reniculus, -ī m. *a ren (renes)*. GLOSS. -us: lendibreda saxo-nice. [val. rinichi, sard. mer. arriyu, vasc. arnelh. cf. M.-L. 7209. Tiktin-Miron³ III 333. Wagner I 125. Wartburg X 255. Schd.-Cr.] [*confunditur c. renunculus l. 50 (falsa var. l. VVLG. lev. 3, 10. 7, 4. al.); falsa var. l. renisculi pro renes PLAC. med. 2, 8 rec. β.*]

plur. -i i. q. renes (vi demin. detera): MARCELL. med. 26, 36 ad -orum dolorem remedium (26, 132. 133 [bis]). 26, 107 haec potio ... et vessicam et -os (renunc- var. l.) ... purgat. Ps. HIPPOCR. ad Antioch. vers. γ p. 23, 10 defectio -orum (om. vers. cett.).

renidentia, -ae f. *a l. renidere. i. q. actio renidendi, sc. per risum:* TERT. anim. 49, 1 infantes qui non putant somnare, ... animadvertant ... -as eorum per quietem (*Arist. gen. anim. 779a12 κατέδοντα* [sc. τὰ παιδία] ... γελᾶ confert Wazsing ad l.). Bk.

1.*renideo, -uī, -ēre. [*a re- et *nīdēre, cui subest adi. *nejdo- (< *nej-ido- < *nej-id^ho-) derivatum a radice *nej- 'splendere' (v. sub niteo); ad formationem comparari possunt e. g. lūcidus a lūx et frigidus a frigor. v. Leumann, Gramm. 1977, 265sq. 329sq.; Nussbaum in: Eichner et al., Compositiones Indogerm., 1999, 391sq. Mei.] de origine: PORPH. Hor. sat. 2, 7, 38 'nidorem' pro 'risu', a quo verbum fit -o (sim. SCHOL. 'nidore' ... non 'odore tracto', sed 'risu', unde et -et). NOT. Tir. 96, 78 -et. *de formis: perf. -uit l. 65 (nisi ad renidesco pertineat), part. praes. abl. sing. -enti VERG. georg. 2, 282 Ov. met. 8, 197 VAL. FL. 4, 234. al. de notatione: GLOSS. -et: splendet [aut olet, (ad p. 1099, 44). -uit: ἐμειδίασεν (an ad p. 1099, 53?). -enti vultu: interdum laeto et hilari, interdum splendenti; item florenti, si dicamus 'terra -enti'. GLOSS.¹ Corp. R 171 -enti (scrib. -nit-): fulgenti (restit. GLOSS.¹ V Aa RE 456 -enti: f. [retin- trad.]). sim. al. (cf. p. 1100, 4). legitur in versibus inde a CATVLLO (v. p. 1098, 62 sq.), LVCR., VERG., in orat. soluta inde a LIV., VAL. MAX. [confunditur in codd. passim c. renitere, e. g. LVCR. 2, 27 VERG. georg. 2, 282 Ov. met. 8, 197 (restit. [haud semper constat, an recte] PANEG. 4, 34, 4 IVL. VAL. 3, 43 l. 996 SVLP. SEV. Mart. 24, 7 et GLOSS. l. 68sq., vix recte p. 1100, 38; in falsa var. l. SOL. 52, 55 GREG. TVR. Franc. 7, 1 p. 325, 7 glori. conf. 41); e coni. pro renidentis QVINT. inst. 6, 1, 38.]**

fere i. q. nitorem reddere, refulgere (vis praeverbii fort. pertinet ad lucem repercussam, cf. maxime l. 5sq. [potius de imagine remissa agitur l. 53]; accedit syn. e. g. fulgere l. 7. 40, (enitere l. 19. 27sq. 36): **I** *proprie spectat ad nitorem, splendorem lucis sim.:* **A** *quaelibet exempla; -ent:* **1** *res: a variae, quae luce aliena, metallis, gemmis sim. splendent, clarae vel pulchrae sunt: a aedificia sim.:* LVCR. 2, 27 domus argento fulget auroque -et. HOR. carm. 2, 18, 2 non ebur neque aureum mea -et in domo lacunar. ARNOB. nat. 6, 3 p. 310, 16 licet templa laquearibus ... -ant aureis. HEGES. 5, 53, 1 p. 413, 22 portae tuae auro micantes, aliae argento -entes. AVG. civ. 3, 31 p. 143, 28 fana -bant. MART. CAP. 2, 208 domus Iovialis tanto splendore -bat, ut argenti crederetur fabricata materia. **al.** **β** *arma sim.:* VERG. georg. 2, 282 fluctuat ornibus aere -enti tellus ([cf. Hom. T 362 γέλασσε et Lucr. p. 1099, 55]. ANTH. 8, 30 a. -enti ... certant fratres). STAT. Theb. 10, 660 sparsa orichalca -ent. CLAVD. 22, 90 galeas ... -entes hyacinthis ... dividis. carm. min. 48, 3 auro phalerae, gemmis ... frena -ent. MART. CAP. 5, 426 arma ... fulminea quadam coruscatione -bant. **γ** *gemmae, metalla (cf. l. 13sq. 14. 38):* PLIN. nat. 37, 88 circulo praelucido ... neque in recessu gemmae aut in deiectu -ente, sed in ipsi umbonibus nitente. MAR. VICTOR. aleth. 2, 124 candenti lacte -ens ... argentum. **δ** *res naturales, loca:* CALP. ecl. 2, 81 -enti dabimus tibi cortice Chias. STAT. Theb. 7, 287 -entem deducunt Strymona cycni. silv. 4, 5, 7 pontus ac tellus -ent [ad, (Coleman, in alii, iam trad.) Zephyros Aquilone fracto (AVIEN. orb. terr. 1204 t. ... splendente procul beryllo ferta -et [cf. gr. 1011sq. φέρει ... βηρούλλον γλαυκὴν λίθον]). APVL. met. 11, 7, 5 arbores ... germine foliorum -entes (sim. cum floribus: PRVD. perist. 12, 54 prata vernis floribus -ent). CLAVD. 8, 179 (178 vicina nitent) Pangaea -ent. PAVL. NOL. carm. 24, 106 caelum serenit enitebat nubibus, astris -bat mare. **ε** *cetera exempla (sc. -ent arte facta):* HOR. epod. 2, 66 positos ... vernas ... circum -entis lares ([cum vernas iungere vid. SCHOL. splendentis aut vultu aut garrulitate. item -et statua: IVL. VAL. 3, 43 l. 996 rex ... effigiem videt fulgore aetherio -entem [Kroll, -nit- trad.]). MART. CAP. 1, 16 perlucens vitri salo -bat (sc. urna ut: 1, 17 vernantis caeli temperie -bat; hanc dicebant risum Iovis). 6, 581 peplum diversitate colorum variegata -bat.

b *caelestia vel ad lucem pertinentia (in lapide l. 38):* HOR. carm. 2, 5, 19 Chloris albo sic umero nitens, ut pura nocturno -et luna mari. SOL. 2, 43 gemma ... facie adeo iucunda, ut languentes intrinsecus stellas et sub nubilo -entes perfundat color croceus. MART. CAP. 1, 27 aëria temperies sudis tractibus -bat. GREG. TVR. Iul. 6 fulgora.

c *color ipse, lux:* APVL. met. 4, 2, 1 fulgentium rosarum mineus color -bat. IVVENC. 1, 205 (sec. Luc. 2, 29sq.; loq. Symeon) nostros lux oculos tua, sc. Christi pueri, circumstat radiisque -et.

2 *animantes eorumve partes (fort. huc p. 1099, 29):* APVL. met. 3, 19, 5 tuis ... -entibus crinibus et hiantibus osculis ... addictum. CARM. de fig. 150 ebrius madido ore -ens (an ad p. 1099, 51?). SVLP. SEV. chron. 1, 19, 9 (respic. exod. 34, 29sq.) tanta claritudine facies eius Mosis -bat, ut intueri eum populus non valeret. Mart. 24, 7 Iesus dominus ... non se diademate -entem (Halm, -nit- trad.) venturum esse praedixit. MART. CAP. 7, 728 vultus ipsius Arithmeticae lumine -bat. SIDON. epist. 2, 13, 6 tyrannus clientem ... -entem gemmis margaritisque aureo lecto ... imponit.

B *accedit acc. indicans naturam speciei, imaginis -endi (quae imago repercutiatur l. 53):* **1** *subst. (fort. huc p. 1099, 48):* PETRON. 119 vers. 28 citrea mensa greges servorum ostrumque -ens. AVIEN. orb. terr. 1084 Emesus fastigia celsa -et. **2** *adi. neutr. pro adv.:* SYMM. epist. 1, 8 (vers.) Amathusium -ens ... Dione. CE 883, 3 (saec. IV ex. V; opus musivum) gratum ... -et aedibus in nostris summus apex operis.

II *translate vel in imag. -ent:* **A** *qui (quae) rident (exprimitur laetitia, hilaritas sim. e. g. l. 64. p. 1099, 5, sed c. respectu ludibrii, irrisionis, doli sim. e. g. l. 74. p. 1099, 6. 19sq.; cf. l. 13. 33):* **1** *quaelibet exempla: a animantes eorumve facies (fere homines, sed dei l. 65. p. 1099, 3. al., animal p. 1099, 2): ipsi:* CATVLL. 39, 2 Egnatius, quod candidos habet dentes, -et usque quaque (de eodem ibid. 4. 6 orba cum flet unicum mater, -et ille. 7. 15). Ov. ars 2, 49 tractabat ceramque puer pinnaeque -ens ([de Icaro, ut p. 1099, 5]. SEN. Phaedr. 277 [respic. Cupido] lascivus p. et -ens. STAT. Theb. 4, 796. MART. CAP. 1, 76 sol facie ... p. -entis. 2, 144). LIV. 35, 49, 7 homo ... -ens, condimentis [ait] ... speciem ferinae carnis ex mansueto sue factam (, item part. praes. describit habitum loquentis: TAC. ann. 15, 66, 1 instanti minitanti -ens Scaevinus ... a. AMM. 22, 9, 10 quo auditio princeps -ens ... a. al.; sim. -ens inquit: VAL. MAX. 3, 2 ext. 6 quidam -ens ... serpo publico ... i. '...'. GELL. 12, 13, 19. 15, 9, 9 APVL. met. 2, 13, 1. MACR. Sat. 1, 2, 10 quidam vultu -ens ... i. al.; cf. MACR. Sat. 1, 4, 4 cum ... -ens taceret. sim. al.). SEN. Med. 389 Medea oculos uberi fletu rigat, -et. TAC. hist. 4, 43, 2 ambo infensi, ... Marcellus minacibus oculis, Crispus -ens. APVL. met. 3, 12, 1 hilario vultu -ens quantumque poteram laetiosem me refingens. 10, 16, 2

mollius mihi -entis Fortunae contemptus faciem. CE 1512, 10 (*saec. II; ad canem mortuum*) nec blandis mihi morsibus -es. MART. CAP. 1, 67 (*antea*: vultus ... per lucens) ille Iuppiter immutabili laetitia -bat (cf. p. 1098, 33). *al. os, vultus* (cf. l. 24): OV. met. 8, 197 Icarus ... ore -enti ... captabat plumas (VAL. FL. 4, 234 illum Pollucem Amycus ... o. -enti lustrans obit). VAL. FL. 4, 359 iuvencae pectora mulcet Iuno -enti ... vultu. PRVD. perist. 10, 712 sereno frons -et gaudio (c. Symm. 2, 723 [loq. Roma] signa -enti fumans si f. recepi). **b res**: QVINT. inst. 12, 10, 28 (*respic. sonus litterarum graecarum*) velut hilarior ... -et oratio (*opp. tristes et horridae litterae*). IULIAN. in Os. 1, 10 1.575 quem iudicem ... magis indulgentia -ens quam severitas amara delectet.

